

S. II.

Modus, quo contrahitur ab Anima peccatum Originale.

V. Dico primo, Cum certum sit, animam nihil viti contrahere ex parte sui principii effectivi, nempe Dei, a quo creatur, dici debet, vitium, & peccatum contrahere ex parte corporis, cui infunditur: ita ut ab eo tanquam a vase corrupto, & vitio corruptione, & vitium contrahat. Hic est secundus modus, quo animam vitari, & corrumpi dicit August. nuper relatus l. 5. contra Julian. c. 4. Qui tamen non sic est intelligendus, quasi in corpore sit, vel formalis, & proprie dicta ratio peccati, vel qualitas aliqua realiter, ac physice inficiens animam, eique peccati labem imprimens: cum corpus per se non sit capax peccati formalis, seu proprie talis, nec naturaliter agere possit in animam, utpote spirituale, qualitatem aliquam inficientem ei imprimendo, sed duobus aliis modis accipiendus est.

VI. Unus est. Quia corpus ex carne peccati seminum cum sit pars naturae, quae in Adam peccavit, & ad eam constituentem ordinatur, habet occultam quandam dispositionem ad peccatum, quod fit, ut dum anima, quae peccati capax est, infunditur (veluti si flos immitteretur in locum foetidum) statim ex eo contrahat quoddam vitium habituale, atque culpabile. Et quemadmodum si anima infunderetur corpori vulnerato, vel in flammis posito, mox doleret: ita dum infunditur corpori ad peccatum disposito, mox peccatum contrahit.

VII. Hunc dicens modum indicavit Innocentius III. in 4. Psalm. Penitentiam ad illa verba: *Exo enim in iniquitatibus conceptus sum &c.* ubi post relatum Job dictum c. 14. v. 4. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* hoc explicans, ait: *Ex semine ergo factus, atque corruptus constituitur corpus corruptum pariter, & factum, cui anima tandem infusa corrumpitur, & foeditur, non ab integritate, vel munditia, quam habuit, sed ab integritate, vel munditia, quam habere non videtur factio corpori, & corrupto; quoniam, & creatio infunditur, & infundendo creatur. Sicut enim ex vase corrupto liquor infusus corrumpitur, & pollutum contingit ex ipso contactu pollutum: sic ex contagio corporis anima corrumpitur, & foeditur, et propterea Lev. 15. v. 3. humanum semen vocatur pedus humor.*

VIII. Hunc etiam indicavit S. Thomas in 2. dist. 30. q. 1. a. 1. ad 3. dicens, quod ex quo anima patris per peccatum infusa fuit, sequitur etiam inordinatio in corpore, subtrahit illo ordine, quem natura infusa propria accepit: & ita etiam ex semine illo generatur corpus tali ordine destitutum. Unde & anima, quae tali corpori infunditur, deordinationem culpa incurrit ex hoc ipso, quod infusum illi corpori forma efficitur, cum oporteat, perfectionem perfectibilis proportionatam esse. Sicut propter aliquam corruptionem feminis contingit non tantum defectum in corpore proli, ex illo semine generari, ut lepra, & podagra, vel aliqua infusum infirmum, sed etiam defectum in anima, ut pater in his, qui a nativitate naturaliter sunt stulti.

Et ibidem ad 5. hoc magis explicans: Anima (inquit) non infunditur per inflectionem corpori, quasi corpore agente in animam, sed per quamdam collimationem unius ad alteram; quia forma recipitur in materia secundum conditionem ipsius materiae: cum omne, quod est in altero, fit in eo per modum recipientis. Et ideo ex hoc ipso, quod corpus illa virtute privatur, quia perfectio erat subiectibile anima, sequitur etiam, quod anima illa virtute caret, quia perfectio corpus subiectum regit: talis defectus originalis iustitiae culpa est natura, prout consideratur consequens ex voluntate alicujus habentis naturam, ex qua natura traducta est.

IX. Alter modus hoc explicandi est. Quia anima, ex quo infunditur corpori ex Adam secundum seminale propagationem descendenti, ipsa fit illius corporis compars, & cum eo constituitur naturam hominis feminalem ex Adam descendenti. Adam autem peccante, tota natura, omnesque homines, ex ipso via feminalem propagandi, in eo peccaverunt, quod peccatum, tunc commune, uniusque fit proprium, quando uniusque propriam naturam ab eo accepit per viam feminalem.

Hunc quoque modum indicat S. Thom. 1. 2. quae. 81. a. 1. ad 3. dicens, quod virtus feminis, est animam rationalem non possit causare, necesse tamen ad ipsam dispositor; unde per virtutem feminis traducitur humana natura a parente in prolem. Ex hoc enim fit istud, quod nascitur, confors culpa primi Parentis, quod naturam ab eo servitur per quandam generationem motionem. Quia, ut ait ibi ad tertium. *Est culpa non sit actu in femine, est tamen ibi virtute humana natura, quam connumeratur tali culpa.* Et clarior quae. 3. de Pot. a. 9. ad 3. Peccatum (inquit) originale dicitur peccatum totius naturae, sicut peccatum activae dicitur peccatum personale. Unde quod est compendio peccati actuali ad unam personam singularem, eadem est comparatio peccati originalis ad totam naturam humanam traductam a primo Parente, in quo fuit peccati initium, & per cuius voluntatem in hominibus originale peccatum, quasi voluntarium reperitur. Sic ergo originale peccatum est in anima, in quantum pertinet ad humanam naturam. Humana autem natura traducitur a parente in filium per translationem carnis, cui postmodum anima infunditur, & ex hoc inflectionem incurrit, quod fit cum carne traducta una natura. Si enim uniretur ei, non ad constituentem naturam, sicut Angelus unitur corpori assumpto, inflectionem non recipere.

Et hic patet, quomodo per semen, quod peccati capax non est, sed sola anima, traduci possit peccatum. Nam cum tamen fit ordinatum ad carnaliter producendam naturam hu-

manam, cui in Adam annexa fuit caelestis iustitia originalis & carnis dispositio, ut simul cum anima naturam humanam constituitur, inde fit, quod anima exadens pars naturae, cui annexa est talis caelestis, eam statim contrahit, quomvis haec caelestis in femine non fit formaliter, sed solum dispositivae. Quemadmodum enim in statu innocentiae idem semen, quomvis actu iustitiam originale non contineret, produxisset naturam humanam cum tali iustitia; quia in eo statu iustitia erat concomitans naturam: ita in hoc statu lapsus, quomvis actu non contineret caelestiam talis iustitiae, quia tamen talis erant natura humanam ab Adam via carnalis propagationis descendente concomitatur; ideo dum dispositivae concurrerit ad productionem naturae, dispositivae concurrerit etiam ad talem caelestiam, quae naturam concomitatur. Sed haec magis explicabimus infra.

S. III.

Modus, quo Peccatum Originale traducitur per semen.

XI. Quae sit praefens fuscipit examinandam causalitatem, quam erga peccatum originale traducendum exerceat, sive Adamus, sive ejus peccatum, sive semen prolificum. Circa quod

Noto, quod sicut pro statu innocentiae in Adamo, ejusque semine duplex esset consideranda ratio: una naturalis, secundum quam Adam esset principalis causa, & semen instrumentum ejus, & totum humani generis ad naturam secundum se in alios transfundens; alia superaddita, & accidentalis, in quantum Adam, & semen ab eo descivum una cum natura transfunderet iustitiam originale; quia ex Dei fide pacto, sive decreto, si Adam in innocentia persistisset, una cum natura in Posteriores ejus transfusa fuisset iustitia originalis: ita post peccatum in Adamo, & ejusque semine, ac Posterorum ab eo via generationis descendenti, haec duplex ratio reperitur: una naturalis, quae Adam est prima causa principalis, ac semen instrumentum, quod ab eo in Posteriores via generationis propagatur natura humana; alia accidentalis, & extrinseca, quae supposito peccato, ex Adamo per ejus semen cum natura propagatur caelestis, seu defectus iustitiae originalis. De hoc ergo defectu, in quo, ut dicemus, peccatum originale consistit, quarimus, an ab Adamo per semen causetur, & quomodo?

XII. Dico secundo. Nec Adam, nec ejus peccatum, nec semen ab Adam descendens reali, propria, & physica actione efficiunt peccatum originale in Posteris. Probo primo. Quia peccatum originale non est formaliter aliquid positivum, sed defectus, seu privatio, ut dicemus; & haec non talis, quae fiat per realem alicujus formae expulsiorem, sicut fuit in Adamo, sed quae jure quasi hereditario contrahitur ab iis, qui naturali modo generantur.

Probo secundo. Quia dum modo generantur parvuli, nec Adam, nec peccatum ejus est; ergo nec Adam, nec peccatum aliquid modo operatur actione reali, quo possit dici, quod realiter efficiat peccatum originale. Adiva quoque generatio parentum, & semen prolificum non est causa peccati alicujus productiva, sed solum productiva subiecti habentis facultatem contrahendi peccatum. Unde sequitur, quod nec parentes, nec actio generativa, nec semen fit proprie loquendo causa peccati in parvulis, alias actio generativa esset peccatum, sed solum medium ordinarium, & conditio sine qua non translationis ipsius; quia illa actio est medium ordinarium, quo de uno in alium traducitur natura, quam concomitatur peccatum, & sine quo peccatum non comitarietur naturam.

XIII. Dico tertio. Adam, & peccatum ejus non est causa demeritoria peccati originalis. Ita D. Thomas in 2. dist. 20. q. 2. a. 3. ad 3. ubi ait: *Peccatum non transit in Posteriores a primo Parente per modum demeriti, quasi ipse omnibus mereretur, & inflectionem peccati, sed per modum translationis consequentis translationem naturae. Non enim unius persona alteri naturam mereri, vel demereri potest, nisi limites humana natura transfunderet, ut patet in Christo, qui Deus, & homo est. Unde a Christo nascitur illi gratia, non per carnis translationem, sed per meritum actionis. Ad Adam vero nascitur illi ira per propagationem, non per demeritum.* Ita quoque hinc fecerunt Ricardus Tappereus Lovaniensis Theologus tempore Caroli V. in explicationem articulo viginti art. 2. §. Ex his videtur, Et Jo. Driedo l. de Capite, & redemptione generis humani Tract. 2. a. 6. ad 1. quem edidit contra Lutherum, ait: *Ipsae quidem (Adam) malo suo merito contraxerunt naturam a se propagandam, quamobrem, & in illis (Posteriores) transmissit naturam talem, id est originalis iustitiae naturam, sed non inde consequens est, quod mereretur illis meriti: quemadmodum si persistisset in originali iustitia, eandem iustitiam in Posteriores transmississet, propagando naturam hujusmodi iustitiae praeitam, sed nequaquam haec illi mereretur.*

XIV. Dico tertio, Adam, & ejusque peccatum est causa peccati originalis, saltem moralis. Priorem partem indicat Paulus Rom. 5. ubi manifeste tradit, dicens, quod unus delictus multi mortui sunt: quod iudicium ex uno (nimirum delicto, vel delinquente) in condemnationem (id est in propagationem) Rursum, quod unus delictus mortui regnavit per unum: quod per unum delictum in omnes homines in condemnationem. Item, quod per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: Verba autem unius delicti, ex uno per unum, per unum delictum, per inobedientiam unius indicat aliquam causalitatem in peccato Adae, fuit in Adamo per suum peccatum. Quare S. August.

S. August. lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 27. *Adhuc (inquit) quare (Julianus) per quid peccatum invenitur in parvulis? Respondens ait pagina sancta: Per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum mors... ob unius delictum multi mortui sunt &c.* Et ibid. cap. 25. *Voluntarium (inquit) peccatum primi hominis originale est causa peccati.*

S. Augustino concinit Div. Thom. 1. 2. quae. 82. art. 1. ad 4. dicens: *Infectio peccati primi hominis multo causatur a Deo, sed ex solo peccato primi Parentis per carnalem generationem.* Et qu. 4. de Malo art. 1. docens, quomodo defectus iustitiae per originem in illum hominem derivetur, dicit, quod si consideretur ut persona singularis, non habet rationem culpae, quia sic non est ei voluntarius: Sed si consideretur iste homo generatus, sicut quoddam membrum totius naturae a primo Parente propagata, ac si omnes homines essent unus homo; sic habet rationem culpa propter voluntarium ejus principium, quod est actualis peccati primi parentis.

XV. Posterius vero pars sequitur ex dictis. Nam si peccatum Adae, fuit Adam suo peccato est aliquomodo causa traditionis defectus originalis iustitiae; cum ex dictis nequeat esse causa realis, & physica, superest, ut fit causa saltem moralis. Quemadmodum enim voluntas totius naturae Adae fuit moraliter voluntas singularum, qui in Adamo moraliter fuerunt unus homo; ita culpa Adae moraliter ab eo transfunditur in singulos, quia peccatum Adae moraliter, esse non physice, adhuc perseverans in singulis ab ipso propagatis, culpam suam, ac reatum quodammodo imprimit.

XVI. Dico quinto. Semen esse sit instrumentum physicum ad traducendam naturam, ad traducendum tamen peccatum originale est instrumentum solum morale. Prima pars constat. Secunda vero ex dictis probatur. Si enim quia originale peccatum est pura privatio iustitiae originalis, & de genere culpe non habet causam, ut principaliter physice illam producat, neque habeat instrumentalem causam physicam. Eo vel maxime, quia instrumentum physicum agere debet per virtutem, & motionem physicam: non est autem causa, quae imprimere possit in semine hanc physicam motionem, seu virtutem sive habitalem, sive fluidam. Non Adam, ejusque peccatum, quia physice non sunt. Non parentes proximi, quia hi producent quidem subiectum habens necessitatem contrahendi peccatum, sed non influunt physice in peccatum. Semen ergo se habet, ut instrumentum quasi morale, seu, ut medium ordinarium contrahendi peccatum; quia tam fit defectum ab hominibus ex Adamo descendentiis talem producit naturam, quam comiteret necessario culpa originalis, seu privatio originalis iustitiae.

XVII. Ita sentit Cajetanus in Comm. 1. 2. quae. 81. art. 3. ubi ait: *Non oportet, aliquam intentionalem qualitatem in semine habere, quae productivum sit culpa. Hoc enim non seminare videtur; cum culpa nihil entitatis sit, & concomitanter fiat, & sufficiens sit semine deservit a natura destituta iustitia originali.* Quia vero opposi poterat S. Thomas qu. 4. de Malo art. 1. ad 9. ubi videtur admittere in semine qualitatem aliquam intentionalem; ideo prosequitur: *Verba autem Auctoris (in quo de Malo) non significant oppositum: sed quod privatio iustitiae originalis in semine illo modo, quod in semine salvatore est defectus, spectat ad genus moris virtutis: non quia est actus moralis, sed quia tendit ad morale peccatum. Et sic ipsa privatio est quaedam intentio mali moralis, & malum morale est in eo intentionale, sicut calor in aere, & anima in semine. Et tunc similitudo quoad hoc: quia intentio ordinatur ad illud, cuius actus intentio, non quoad esse actus posterior: cum hoc de privatione dicit non possit, estiam si fingatur deus licentia. Ita Cajetanus.*

XVIII. Ex his quantum possibile est, explicatur modus, quo per semen traducitur culpa originalis. Cum enim sit defectus a natura in Adamo destituta iustitia originali, secum trahit talem defectum, quantum capax est: & proinde non deserit carnem cum ea subiectione ad animam, quam habuisset in statu innocentiae, sed cum defectu talis subiectionis. Unde fit, quod ad carnem sic dispositam accedens anima rationalis, quae est capax culpe contrahat defectum subiectionis ad Deum, in quo formaliter, & actu culpa originalis consistit. Ita exponit Sanct. Thomas in 2. dist. 30. quae. 1. art. 2. ad 3. *Ex quo anima (inquit) per peccatum infecta fuit, sequitur etiam inordinatio in corpore, subtrahit illo ordine, quem natura prius accepit: & ita etiam ex semine illo generatur corpus tali ordine destitutum. Unde & anima, quae tali corpori infunditur, deordinationem culpa contrahit ex hoc ipso, quod infusum illi corpori forma efficitur.* Et ibid. ad 4. postquam ait, quod licet in femine non sit lepra in actu, est tamen in femine virtus aliqua deficiens, pro cuius defectum contingit defectus lepra in prole, & subjungit: *Similiter etiam ex hoc ipso, quod in semine est talis defectus, quod privatur illa impassibilitate, & ordinabilitate ad animam, quom in primo statu corporis humanum habebat, sequitur, quod in prole, quae est susceptiva originalis peccati, efficiatur originale peccatum in actu.*

XIX. Dicit, his explicari quantum possibile est. Ceterum quarvis non facile explicari possit, quomodo peccatum originale contrahatur; non ideo tamen originale peccatum contrahit negandum est. Ita S. August. lib. 6. contra Julian. cap. 5. huic haereticus sibi opponit, quod dixisset, de facili non comprehendi, aut ferme explicari modum, quo originale peccatum contrahitur, respondit: *Sed est nulla ratione indagetur, nulla sermone explicetur, verum tamen est, quod antiquitus veritas fide Catholica praedicatur, & creditur per Ecclesiam totam, quae illud fidei non exoritur, nec exsufflavet; si non ex de potestate tenebrarum, & a principis moris erue-*

ret. Et lib. 5. contra Iulianum cap. 4. *expositis modis, quae anima peccatum originale contrahere potest: Quid autem hominum (inquit) sit verum, libentius discas, quam dico, ne me deam deere, quod nescio. Sic tamen scio, id hominum esse verum, quod fides vera, antiqua, Catholica, quae creditur, & asseritur originale peccatum, non esse convicium falsum. Ita fides non negatur, & hoc, quod de anima latet, aut ex oculo discitur, aut, sicut alia multa in hoc vita, sicut salus labae nascitur. Magis enim curandum est, sive in parvulis, sive in grandibus, quo anima sanetur auxilio, quam quo vitiosa sit merito, quae tamen si vitiosa negabitur, non sanabitur. Unde Epistol. 29. modo 167. ad Hieronymum, exponit hoc eleganti Apologo cap. 1. cum quidam (inquit) vixisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut cum magis exciperet, ne moreretur, quam suscitaret, ne loqueretur; accessit alius, & eo viso, admirans ait: Quomodo hoc cecidisti? At ille: obsecro, inquit, cogita, quomodo hinc me liberet, non quo modo hoc ceciderim parat. Ita quoniam sanetur, & fide Catholica tenemus, de reatu peccati tanquam de puteo, etiam parvuli infantis animam Christi gratis liberantem, facti est ei, quod modum, quo salva sit, novimus, etiam si nunquam, quomodo in malum illud devenit, novimus.*

DUBIUM III.

An Peccatum Originale sit verum ac proprie dictum peccatum, & unicuique proprium?

S. I.

Resolvitur prior pars.

I. Dico. Peccatum originale est vere & proprie peccatum. Assertio haec ad fidem pertinet. Id enim aperte fatetur Apostolus Rom. 5. ver. 22. *Per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum mors... in quo omnes peccaverunt.* Et ver. 19. *Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi.* Ubi non de alio peccato loquitur, quam de originali, ut exponunt passim Augustinus, & alii Patres. Immo instituta comparatione inter Adam, & Christum, dicit, quod sicut per inobedientiam Adae peccatores constituti sunt multi: ita per unius Christi obedientiam iusti constituti sunt multi; sed per obedientiam Christi constituti iusti iustitia vere & proprie dicta; ergo per Adae inobedientiam constituti peccatores peccato vere & proprie dicto.

II. Propterea Conc. Araucanum II. anno 529. Canone secundo statuit quod qui mortem naturam corporis, quae pena peccati est, non autem & peccatum, quod mors est anima, per unum hominem in omni genere humanum transfudit: Injustitiam Deo dabit, contradicere Apostolo licenti: Per unum hominem peccatum intravit in Mundum &c. Ex quibus fit: Peccatum, quod est mors animae, est verum, ac proprie dictum peccatum; sed peccatum, quod ex Adam in omni genere humanum pertransit, est mors animae; ergo est verum &c.

III. Cui accedens Concil. Tridentinum Sess. 5. Can. 2. anathema dicit ei, qui dixerit, Adamum mortem, & penas corporis tantum in omni genere humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est anima, cum contradicere Apostolo licenti: Per unum hominem peccatum &c. Et Can. 4. anathema pronunciat eum, qui dixerit, parvulus nihil ex Adam trahere originalis peccati; quod regenerationis lavacri necesse fit expiari ad vitam aeternam consequendam; unde sic consequens, ut in eis forma Baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur: quoniam non aliter intelligendum est id, quod dicit Apostolus: Per unum hominem &c. Et Can. 3. eisdem anathematiz subiectum eum, qui dixerit, per Baptismum non tolli naturam illam, quod verum est, & propriam peccati rationem habet. Quibus agnoscitur Concilium in parvulis peccatum a peccati conditum verum, ac propriam peccati rationem habens, quod certe aliud esse non potest, nisi peccatum originale contractum.

IV. Adest quoque ratio. Quia peccatum proprie dictum est privatio rectitudinis debite, & disconventiva ad rectam rationem; dicit enim defectum subiectionis animae ad Deum. Deinde poena, praesertim mortis, non debetur nisi culpe, & propter culpam: unde Apostolus Rom. 6. ver. 23. *Stipendium (inquit) peccati mors: sed peccato originali debetur poena mortis, Rom. 5. ver. 12. Per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum mors: unde infantes, in quibus nullum est actuale peccatum, sed originale tantum, propter illud moriuntur, & ni baptizentur, a vita aeterna, ac Regno Dei excluduntur; ergo &c.*

V. Praeterea: peccatum originale habet proprietates peccati proprie dicti; inducit enim maculam, & reatum. De macula testatur August. qui lib. 4. contra duas Epist. Pelagian. cap. 2. & 4. Pelagianos reprehendit, quod animas parvulorum nulla peccati macula reperia esse affererent, & adversus adducit illud Job 14. iuxta v. 12. *Nemo mundus a foedo, sed infans, cuius dicitur utitur vita sit factus verum.* Et hanc maculam probant omnia, quae statunt, Baptismum esse necessarium, tanquam lavacrum etiam parvulis, eoque baptizatis, ac abluti debere: quod enim necesse esset lavare, & abluere, quem nulla macula foedaret.

De Reatu quoque loquitur S. August. lib. de Peccato orig. cap. 29. & 40. & Concil. Trident. cap. 5. dimans eum, qui in Baptismo remitti negat peccati originalis reatum.

VI. Solum obfate possit, peccatum originale non esse proprie peccatum, quia non est proprie voluntarium. Sed peccatum originale esse voluntarium, & quomodo, iam ostend-

ostendimus supra Dub. 1. §. 9. Quare ibi dicta huc revocanda sunt.

VII. Quod si dicas. Parvuli, licet in Christo regenerati, nullum acquirunt meritum, quo vel mereantur, vel in Christo promeriti sint vitam æternam: unde dum moriuntur, accipiunt eum, non ut mercedem, quæ est correlativa ad meritum, sed ut hereditatem filiorum; ergo parvuli ex Adam geniti non habent aliquod demeritum, quo vel in se, vel in Adamo promeriti sint damnationem; ergo neque peccatum. Sicut enim Adam fuit generatio omnium caput; ita Christus omnium regenerationis est caput.

VIII. Resp. neg. confusa, & disparitas est. Primo, quia non reputat Deum dare gloriam immeritis, sicut ad eum primo eligit sine meritis; hoc enim non est contra iustitiam, vel æquam virtutem, sed potius actus summe liberalitatis. Reputat autem, Deum damnare aliquem propter immeritum, quia hoc est contra iustitiam.

Secundo, quia in Christo, mortalem vitam agente, non sic sumus tamquam in capite, ut ejus voluntas esset voluntas omnium ab eo regenerandorum, & ipso merente omnes mererentur. Omnes autem ab Adam semeliter descendentes, eorumque voluntates in illo fuerunt; unde in eo peccante peccaverunt, Rom. 5. ver. 22. In quo omnes peccaverunt. Quare autem Deum nostras voluntates in Christo non posuerit, quas posuit in Adam, ratio esse potest. Tum ut magis eluceat ejus bonitas, quæ merita Christi nobis applicat, quæ nullo modo sunt nostra. Tum quia non eramus aliquid Christi, quando ipse peccavit, sed potius aliquid damnationis, & Diaboli; eramus autem aliquid Adæ, quando in Paradiso peccatum Dei violabatur.

IX. Quæres: An peccatum originale sit univoce peccatum cum peccato actuali?

Respond. probabilior est parte affirmativa: cum utrumque sit privatio rationalis, quæ secundum rectam rationem debet esse, cum hac differentia, quod una est habitualis, alia actualis: Utrumque etiam dicitur simpliciter, & absolute peccatum conditum hominem aversum a Deo, & filium iræ, & indignationis, privans gratia, & Deo inimicum factum.

Quod vero unum sit voluntarium voluntate propria, id est tam moraliter, quam physice, alterum vero solum voluntate aliena, seu melius dependenter a voluntate aliena, & voluntariam solum moraliter, ad summum arguit, quod peccatum originale, & originale secundum propriam differentiam speciei differant; non vero quod ambo non conveniant in una ratione peccati simpliciter una, & generica, ac proinde univoce. Et licet Actus Adami sit causa originalis, est tamen causa solum quoad existentiam, non quoad rationem formalis peccati; unde non obstat, quin univoceatur univoceatione logica, & in ratione communi peccati.

X. Ad eam S. Anselmus lib. de Concept. Virgin. & peccat. Origin. cap. 3. ubi hæc habet: Si vero dicitur, originale peccatum non esse absolute dicendum peccatum, sicut peccatus homo non vere est homo, sed vere est homo peccatus; profecto sequitur, quia infans, qui nullum habet peccatum, nisi originale, mundus est a peccato. Et qui non damnatur infans, qui moritur sine Baptismo, nullum habens peccatum præter originale, aut sine peccato damnatur.

S. II.

Resolvitur posterior pars.

XI. Deo secundo. Peccatum originale inest unicuique proprium antequam renascatur. Est contra quosdam Doctores, etiam Catholicos, qui nihil intrinsecum in parvulis agnoscunt, quod in eis sit peccatum, volunt, eos dici peccatores, quod in actu Adami, quatenus eos extrinsece denominat; indeque colligunt, peccatum originale, non multiplex, sed unum numero esse in omnibus parvulis. Ita sentit Albertus Pighius, Ambrosius Catharinus, Alphonsus Salmeron in cap. 5. Epist. ad Rom. disp. 45. 46. & 47.

XII. Hæc tamen opinio tamquam erronea communiter rejicitur. Et Vasquez in 1. 2. disp. 132. cap. 3. eam errori Pelagii negantis originale peccatum in parvulis annumerat non timet, saltem tamen negari non potest, quin in fide periculosa sit, & a prædico errore non procul distans. Ideoque aboleri iusta in Indice expurgatorio tam Romano, quam Hispano sub Sandoval, verbo Ambrosius Catharinus.

XIII. Nostra ergo hæc contraria assertio probatur primo ex Apollodoro, Rom. 5. ver. 12. dicente: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit: at peccatum actus Adami, cum fuerit actus in ipso manens, per seipsum in Mundum non intravit, sed transit; ergo præter actuale Adæ peccatum, inest aliquid intrinsecum parvulis ab Adamo ad eos transfusum, quo intrinsece peccatores nascuntur. Rursus ex eodem Apollodoro, sicut peccatum in Mundum intravit, ita per peccatum mors ut pena: inest unicuique contingit mors propria; ergo; unicuique inest proprium peccatum, quia non ingreditur nisi propter peccatum proprium.

XIV. Probatur secundo. Tridentinum Sess. 5. Can. 3. affirmat, peccatum Adæ, quod origine unum est, propagatione, non imitatione inesse unicuique proprium. Can. 5. anathemate ferit eum, qui dixerit, in Baptismo non tolli totam id, quod verum est proprium peccati rationem habere, sed illud dicit contrarium velle non imputari. Sess. autem cap. 13. ait, quod homines nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti; cum ea propagatione per ipsum dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahunt. Ex quibus subsumo sic. Primo

Concilium dicit peccatum originale inesse unicuique proprium; sed peccatum, quod fuit in Adamo, nec inest unicuique; cum solum extrinsece, & moraliter omnes denominent; nec est unicuique proprium, sed unum commune omnibus; ergo &c. — Secundo. Concilium dicit devotè dicentem, in Baptismo non tolli quicquid verum ac propriam rationem peccati habet, sed illud tantum tegi, & non imputari: sed si originale peccatum nil aliud est, quam ipsum Adami peccatum, extrinsece denominans, seu imputatum, non tollitur in Baptismo, quod verum peccati rationem habet, sed solum non imputatur; ergo &c. — Tertio. Concilium dicit, imminet per Adam propagatus, dum concipiuntur, contrahere propriam iniustitiam: sed si peccatum originale nil aliud est, quam peccatum Adami, ut extrinsece denominans, non verificatur, quod contrahant propriam iniustitiam, sed quod communi iniustitia iniusti sint; ergo &c.

XV. Confirmatur. Concilium Sess. 6. laudata comparat peccatum, & iniustitiam, quam ex Adam per generationem accepimus, cum iustitia, quam a Christo Baptismo regeneratione recipimus: sed hæc est nobis intrinseca: non enim iusti sumus per solum iustitiam Christi nobis extrinsece imputatam; nam hic est error Lutheri, & Calvini damnatus a Tridentino Sess. 6. Can. 11. ergo similiter iniusti non sumus sola Adami iniustitia nobis extrinsece imputata: sed iniustitia unicuique intrinseca.

XVI. Quod urgetur. Si Adam non peccasset, iustitia, quam cum natura transfusisset ad Posterum, fuisset unicuique intrinseca, & non sola iustitia Adami extrinsece denominans unumquemque iustum; ergo similiter iniusti non sumus sola Adami iniustitia, inest unicuique dum nascitur, eumque reddit intrinsece iniustum.

XVII. Denique. Poena damni, quæ est carentia divinæ visionis, & correspondet peccato originali, non est in pro omnibus, sed cuique decedenti ut sine Baptismo inest propria; ergo etiam peccatum originale, ut sit proportio inter culpam, & poenam.

XVIII. Dices tamen. Rom. 5. 2. 19. dicitur: Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: sed causa constituti est causa formalis, non efficiens, sed obediencia, & peccatum Adæ est causa formalis denominans peccatores.

XIX. Retorquens primo instantiam. Roman. 5. ibidem dicitur etiam: Per unius obedientiam iusti constituti sunt multi: ergo si causa constituti est causa formalis, per unius, id est Christi, obedientiam nobis extrinsece imputatur, & non per iustitiam intrinsecam, iusti constituerentur multi, qui est error recentiorum hæreticorum. — Resp. secundo. Verba Apostoli intelligenda esse in sensu causali, non formali. Sicut ergo Christi obedientia non constituitur iusti formaliter, sed effecitive, quatenus ex ea derivatur in nos iustitia: ita Adæ inobediencia non constituitur formaliter peccatores, sed casualiter, quatenus ex ea derivatur in nos privatio iustitiæ.

DUBIUM IV.

Quidnam sit Adæ peccatum, quod in ejus Posterum traducitur.

S. I.

Resolvitur Dubium.

NOTUM Adami peccatum plura alia peccata comitata fuisse, superius vidimus. Modo quæritur, quodnam fuerit, quod Posteri Adæ originali iustitia nudati nascuntur.

I. Dico. Peccatum Adæ, quod fuit primum, illud est, ex quo in Posterum peccatum originale derivatur. Hoc clare significat Concilium Tridentinum Sess. 5. Can. 1. & 2. ubi statuit: primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, suam sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisit: tamque ipsius prævaricationem non ei soli, sed & ejus propagini nocuisse, & acceptam a Deo sanctitatem non sibi soli, sed & nobis perdidisse, & cum sic inquinatum per inobediencia peccatum, mortem, & penas corporis non tantum, sed & peccatum, quod est mors anime, in omne genus humanum transfudisse. Si ergo suam, ac peccavit, hæc omnia fecit sunt, consequens est, quod cum primo peccavit, seu ejus primum peccatum humane conditionis causa fuerit.

II. Ratio autem potest esse hæc. Illud enim peccatum transiit in Posterum, per quod deperditum fuit donum iustitiæ originalis totius nature humane in Adamo collatum, quod propterea fuit peccatum nature: atqui donum illud fuit deperditum per primum peccatum Adami; cum per illud amissa fuerit gratia gratum faciens, quæ erat radix iustitiæ originalis, ut supra cum D. Th. 1. p. 2. q. 100. art. 1. ad 2. statuitur; ergo primum peccatum Adami est illud, quod originaliter transiit in Posterum.

III. Sed dices. Primum Adæ peccatum, ut supra diximus, superbia fuit; sed peccatum, quod traducitur in Posterum, est inobediencia, & transgressio præcepti de non comedendo fructum vitæ, dicente Apollodoro Rom. 5. v. 12. Per inobediencia unius hominis peccatores constituti sunt multi; quod assertio quoque Concilium Trid. Sess. 5. sæpe citata; ergo &c.

IV. Resp. dist. maj. peccatum primum inadæquate, & inductive sumptum, conc. maj. adæquate, & confirmative, nego maj. Peccatum ergo Adami plura clausit peccata. Ego enim in externa manducatione consummatum fuerit, iniustum tamen habuit ex superbia, & in illa comestione superbia

bia continebatur. Audiens enim Adamus ab Eva, se futuros Deo similes scientes bonum, & malum, si de fructu illius ligni comederent; statim in superbiam elatus, voluntatem concepit de illo comedendi, quam voluntatem, dum externa manducatione complevit, non aliud, quam peccatum mente conceptum consummavit. Et sic primum peccatum usque ad consummationem fuit manducatio illa fructus: quamvis inchoatio ejus fuerit superbia æqualem eandem manducationem præcedens, includens tamen voluntatem eam faciendi. Paulus autem, & Tridentinum loquuntur de consummatione primi peccati, non de ejus interna inchoatione. Sed ut hoc clarior explicatur, sit

S. II.

An per quodcumque aliud peccatum, etiamsi illud non fuisset vitæ comestio, traduceretur de facto ab Adamo iniustitia, & peccatum in Posterum?

V. Dico. Probabilior est parte affirmativa; cuius oppositum exlo tenent Aletius, Catharinus, Suarez, & alii exillantes, est divina lege, seu pacto cum Adamo iudicatum, quod peccatum comestione ligni vitæ potuisset ad nos derivari, atque adeo casualitatem peccati originalis nequaquam fuisse illi alligatam qua primo, sed qua talis speciei, nempe gula, unde derivatum fuisset, nisi non fuisset primum.

VI. Nostra tamen assertio expressa est D. Thomæ in 2. in sua distict. 33. ubi in expositione textus de peccato gula: hoc est (inquit) per accidens, quod tale momentum nature humane intulit, quia scilicet fuit primum peccatum, quod naturam humanam vitavit. Et ordinem animæ ad Deum interrupit in illo, ex quo omnes homines per coitum generati naturam humanam traxerunt. Quodcumque autem aliud peccatum fuisset hoc modo primum, etiam similem effectum habuisset, sive fuisset peccatum operis, sive voluntatis. Et eadem dist. 33. qu. 1. art. 1. in corpore, ait: Desiderium autem ad naturam pertinens solum primum peccatum induxit; ipsum enim desiderium adhesionem hominis ad Deum. Rursus 2. 2. qu. 163. art. 3. ad 2. dicit quod magnitudo penis, quæ consecuta est ad illud primum peccatum, non correspondet ei secundum quantitatem propriam speciei, sed in quantum fuit primum; quia ex hoc interruptus est innocentia primi status, quia subtrahitur, deordinatur, & vitæ naturæ humane, idem assertit ad Rom. 5. lect. 3. qu. 4. de malo art. 8. & alibi.

VII. Ex cuius doctrina formatur hæc ratio. Idcirco comestio pomi vitæ fuit de facto peccatum, quod traducitur in Posterum, quia per illam interrupta, & discontinuata primo fuit innocentia primi status, & adhesio hominis ad Deum, & consequenter amissa iustitia originalis: sed per quodcumque aliud peccatum mortale, si fuisset primum, contigisset dicta interruptio, & discontinuatio, & amissio iustitiæ originalis: nam hæc cum includeret gratiam iustificatam, erat incompossibile cum quovis peccato mortali; ergo quodcumque peccatum mortale &c.

VIII. Dicunt, Adam per quodcumque mortale, si fuisset primum peccatum, amissurum quidem iustitiam originalem pro se, non vero pro suis Posteris.

IX. Sed contra. Iustitia originalis erat donum datum nature potius, quam persone, seu persone, ut capiti, & principio totius nature humane nature, ea lege, ut si eam servaret, in omnem iustitiam nature transfunderetur: si vero amitteret, talis factura in omnes transfunderetur; ergo cum per quodcumque primum mortale eam amisset, amissit non solum pro se, sed pro Posteris. Antecedens probatur ex D. Thomæ, qu. 4. de malo art. 8. Fuit autem (inquit) in principio conditionis humane quoddam donum gratiarum primo homini divinitus datum, non ratione persone sue tantum, sed ratione totius nature humane ab eo derivanda, quod donum sublatum est per primum peccatum primi Parentis; unde rationaliter, & peccatum illud propter eandem causam ad Posterum derivatur.

Adde, quod cum Adamus per primum quodcumque peccatum iustitiam originalem amisset pro se, amisset quoque vigorem ad eam in Posterum transfundendam.

X. Sed objicies primo. Solum illud peccatum derivaretur in Posterum, quod esset capitale, & ab eo commissum ut capite totius nature: sed sola comestio ligni vitæ esset capitale peccatum, omne autem aliud fuisset personale tantum; ergo &c. Min. prob. peccatum Adami non habebat esse capitale ex natura sua, sed ex lege, seu pacto, quo constitutus fuit caput morale suæ posteritatis: sed constitutus fuit caput morale totius posteritatis solum in adimplentione, aut transgressione præcepti de non comedendo de ligno vitæ, Nam Gen. 3. ver. 17. dicitur: De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morietis; ergo nullum aliud peccatum, præter eam ligni, potuit esse capitale.

XI. Urgetur magis. In his, quæ a voluntate Divina dependent, standum est iis, quæ Deus revelavit: quæ ratione docemus contra Scotum, Verbum ita incarnatum esse propter peccatum Adami, ut si Adam non peccasset, ex nullo alio motivo fuisset incarnatum; ergo cum Deus in Scriptura revelaverit, propter comestionem ligni vitæ inducendam esse mortem, & peccatum in omnem, & propter hoc inducendam fuisse testatus sit Gen. 3. ver. 17. Quia audivisti vocem uxoris tuæ, & comediti de ligno... in laboribus comedas &c. dicendum est, Deum ita illi comestionem alligasse peccatum capitale Adami traducendum in Posterum; ut si quodcumque aliud peccatum commisset, peccatum illud capitale non fuisset, nec traducendum in Posterum.

XII. Respondeo. nego min. ad prob. dist. min. in adimplentione, ut transgressione &c. quia prima, conc. min. quia talis speciei, nego min. De facto igitur Adam se fecit executum tamquam caput morale nature humane in adimplentione, vel transgressione præcepti de non comedendo de ligno vitæ, non quia actus talis speciei fuit, nempe comestio, vel non comestio; sed quia fuit primus actus a Deo præcepto positivo ei imperatus: ideo sicut illud tantum caput morale implevisset, ita tamquam caput morale violavit, & fuit peccatum non solum persone, sed nature. Quapropter in illo præcepto comminatorio, esto explicitè sola comestio veteratur, implicite tamen prohibetur quodcumque aliud peccatum mortale, quod esset primo interruptum subjectionis anime ad Deum.

Hanc instantiam sibi proponit Div. Thom. in 2. dist. 3. in fine, exponendo textum, his verbis: Quamvis quidam aliter dicant, dicentes: Si Adam alio modo peccasset, non incurvisse eum necessitatem moriendi, quia hæc pena illi tantum culpa videtur esse ordinata a Deo, cum dicit: Quocumque die comederis &c. Cui respondet S. Doct. Sed in hoc ostenditur, etiamsi alia peccata commisset, quod similem poenam sustulisset a minori. Gravior est enim, præceptum peccare naturalis legis, quo prohibetur illud, quod est in se malum, quam præceptum disciplinæ, quo prohibetur, quod non est malum, nisi quia prohibetur. Quapropter 2. qu. 163. art. ad 2. citatum, docet, quod quantitas penis non correspondet comestioni secundum quantitatem suæ speciei, sed in quantum fuit primum peccatum. Et rationem reddit: Quia ex hoc interruptus est innocentia primi status, quæ subtrahitur, deordinatur, & vitæ nature humane.

XIII. Ad id, quod urgetur, dist. ant. si unice a voluntate Dei pendeat, & non a ratione, conc. ant. Si adit ratio voluntatem Dei interpretandi, nego ant. & confeg. & disparitas est. Quia Deus sic revelavit voluntatem suam fuisse, ut Verbum carnem sumeret ad delendum peccatum originale; ut si hoc non fuisset, nulla adit ratio, quæ, nisi dividendo, dicere possumus, eum voluisse, ut Verbum adhuc incarnaretur; maxime cum opus incarnationis sit mysterium omnem naturalem rationem, & cogitationem superans. At Deus sic revelavit, per comestionem pomi traducendum esse in posterum peccatum, & mortem; ut superius nobis ratio interpretandi, eum voluisse per comestionem ligni vitæ traduci peccatum, non quia peccatum talis speciei, nempe gula, sed quia primum; quia enim primum, fuit peccatum non persone, sed nature, & ideo totam naturam spolavit originali iustitia: quod cum fecisset quodcumque aliud peccatum mortale, si fuisset primum, ideo per quodcumque aliud peccatum interrupta fuisset subiectio nature humane ad Deum, amissa iustitia originalis, si fuisset primum, in omnem, & sine miror, quod hæc disparitatem non videret inter ceteros Mag. Perre; Nam D. Thomas, qui docet, si Adam non peccasset, Verbum non fore incarnandum; adhuc tamen docet quod si Adam non comedisset, aliud tamen peccatum, quod fuisset primum, commisset, peccatum in Posterum traduxisset.

XIV. Sed quid si Adam non comedisset, & præceptum illud positum custodisset, violasset tamen postea aliquod præceptum naturale opere, vel corde; traduxisset ne peccatum in Posterum?

XV. Respondeo affirmative cum Div. Thom. in distict. 33. in fine in expositione, textus supra citati. Quodcumque autem aliud peccatum fuisset hoc modo primum etiam similem effectum habuisset, sive fuisset peccatum operis, sive voluntatis. Ratio autem est: quia ad conservandum iustitiam originalem pro se, & pro Posteris non fat erat unius præcepti positivi adimplentio, sed requirebatur etiam observantia omnium, hoc est, nullius præcepti transgressio. Quare etiam Adam legem illam positivam de non comedendo de ligno vitæ observasset, si tamen totam legem non observasset, sed aliquod ejus præceptum violasset, iustitiam originalem amisset pro se, & Posteris; quamvis si præceptum de non comedendo observasset non esset de facto amplius probabiliter peccaturus.

DUBIUM V.

Varia examinantur circa Originalis peccati traditionem.

S. I.

De aliis Adæ peccatis, & proximorum parentum.

Inferitur ex dictis: quod si Adam primo sola mente peccasset, & nullum peccatum exterius commisset, adhuc iustitiam originalem interrupisset, & innocentiam pro se, & Posteris amisset. Ita D. Thomas nuper laudatus, dicens: si sine fuisset peccatum operis, sive voluntatis. Nunc ad quæritum.

I. Dico. Solum primum Adæ peccatum traduci in Posterum, non vero alia, vel ipsius, vel proximorum parentum. Ita S. Thomas 1. 2. qu. 81. art. 2. dicens: impossibile est, quod aliqua peccata proximorum parentum, vel etiam primi Parentis, præter primum, per originem traducantur. Et ratio S. Doct. est. Quia ea, quæ sunt pure personalia, non traduntur per originem a parentibus in filios: nam generans per se generat sibi simile secundum speciem, non autem secundum individuum. Est autem, si virtus generantis sit fortis, tradat suam similitudinem genito, etiam quantum ad accidentia individua; hæc tamen verum est de accidentibus, quæ aliqualiter ad corpus pertinent, non autem de accidentibus, quæ solum pertinent ad animam, maxime intellectivam, quæ non est virtus in organo.

quod corporali. Homo enim albus plerumque generat filium al-
bum, magis magnum, nunquam autem Grammaticus Gramma-
ticum, aut Physicus Physicum (ut docet S. Thom. qu. 4. de
Malo art. 8.) Sed peccata proximorum parentum, ut etiam
primi Parentum, sunt pure personalia; illud enim
solum pertinet ad naturam speciei, per quod tollitur id,
quod ad naturam pertinet. sive ex ejus principis ortum, sive
ex dono gratie et collatum; per solum autem peccatum
primi Parentis ablatum est id, quod pertinebat ad naturam,
nimirum donum justitiae originalis; ergo &c.

II. Confirmatur. Reliqua peccata, sive primi Parentis, sive
proximorum, non corrumpunt naturam quantum ad id, quod
naturae est; auferunt scilicet aliquid ad totam naturam per-
tinentem, sed solum quantum ad id, quod est personae. Nec
enim parentes proximi constituti ad id, quod est personae. Nec
Adem ferebatur ut caput morale totius filiorum;
sed solum in primo actu, quod expleto, desit esse caput
morale; ergo nec peccata proximorum parentum sunt capita-
lia, nec alia Adae peccata, praeter primum. Alias cum non
posset Adam amplius justitiam originalem, quam amiserat,
in filios transfundere, manifeste caput solum in ordine ad
malum, quod est inconveniens.

III. Secundo probatur ratione Div. Thom. qu. 4. de Malo
art. 8. citato. Ideo peccatum primum per generationem in
omnes propagatur, quia sustulit donum Dei concessum primo
homini, non ratione suae personae tantum, sed ratione totius
naturae humanae ab eo derivandae, nempe originalem justitiam;
quae insuper non solum refidebat in superiori parte animae,
sed diffundebatur etiam ad inferiores partes animae; eas tota-
liter sub ratione continendo: immo ubique ad corpus, quod
per generationem traducitur, in quo nihil (durante tali dono
poterat accidere, quod contrariaretur unioni ipsius ad
animam: Sed alia peccata actualia, vel ipsius primi Parentis,
vel etiam alterius opponuntur dono gratiae, quod divinitus con-
feritur alicui ratione personae suae tantum: & iterum refidat
vires in sola anima intellectiva, neque derivatur ad corpus, ut
per hujusmodi gratiam collatur corruptibilitas corporis; ut
ante ipsa gratia traducitur, nec etiam peccata actualia quorum-
cumque parentum, etiam ipsius Adae praeter primum ejus pec-
catum, traducuntur in posterum per modum originis. Possunt
autem peccata actualia proximorum parentum derivari ad filios
per imitationem, propter conservationem assuetudinis filiorum cum eis.

IV. Hanc veritatem testatur Apostolus Rom. 5. ver. 16. dum
ait: *Judicium quidem ex uno (delicto) in condemnationem: gratia
autem ex multis delictis in justificationem.* Ibi enim
hanc statuit differentiam inter peccatum, quo genus huma-
num est damnatum, & gratiam, qua liberatur; quod ex uno
peccato itum est in condemnationem omnium: gratia vero
non ex uno tantum peccato, sed ex multis liberat, ac justi-
ficat. Nec refert, quod Christus non solum per primum
actum, sed per omnes in nos justitiam transfundat. Nam Chris-
tus non solum in primo actu, quo ex charitate motus fuit
ad obediendum, sed in omnibus actibus usque ad passionem,
& morem fere gessit ut Caput morale nostrum: at Adam in
soto primo actu fuit Caput morale hominum, non autem in
sequentiibus.

V. Quod vero parentum proximorum peccata non traducuntur
originaliter in filios, ex professo ostendit S. Anselmus
lib. de conceptu virginali, & originali peccato cap. 22. num. 24.
per totum. Quia enim nullus post Adam filius suis quibus
justitiam suam servavit; nullam videtur (inquit) rationem, cur
proximorum parentum peccata filiorum debeant animabus imputari.
Et infra: *Quoniam inique nullam dant justis parentis ante Ba-
ptismum infantibus suis justitiam; nullam unquam addant injus-
tis suis injustitiam.*

Ex quibus formatur hic discursus. Si parentes injusti trans-
funderent injustitiam suam in filios, etiam parentes justii trans-
funderent justitiam suam in eosdem: sed hoc est falsum; ergo
&c. Quod si dicatur, injustus parentes non addere quidem
injustitiam suis infantibus, sed originalem, quam habent
ab Adam, facere in eis graviores; ergo & justos in suis
eam reddere leviores. Respondet. Si minus sunt injusti
infantes jultorum, minus debent reprobari, quam illi. Cur
ergo mixti & jultorum, & injultorum infantes ad Baptis-
mum trahuntur? Sicut ergo (inquit) non est justus jultior nisi
qui voluntate magis, aut appetit, aut vitiat, quod debet? ita
non est injustus injultior, nisi qui plus amat, aut consentit,
quod non debet. Quod cum in infantibus arbitrii usum non
habentibus ostendi nequeat, concludit: *Sed dicitur, peccatum ori-
ginale in omnibus infantibus conceptis naturaliter aequale esse;
sicut peccatum Adae, quod est causa, cur nascantur in illo, ad
omnes pertinet aequaliter.* Haec S. Anselmus.

VI. Observandum censet, ad hujus perfectam intelligentiam,
Doctrin. S. Thom. in 2. dist. 32. qu. 1. art. 1. ad 1. ubi cum sibi
opposuisset, quod ex parentibus proximis dicitur major as-
similatio in genito, unde filii magis assimilantur patribus,
quam avis, & proavis, & traductio originalis facti secundum
assimilationem generantis ad genitum, quia in originali natus
etiam in originali generat: videtur ergo peccatum originale
magis contrahi ex parentibus proximis, quam ex Adam.

Cui respondet. Ad primum dicendum, quod assimilatio gene-
ransis ad genitum, per se loquendo, est in natura speciei, quia
generans univocum generat sibi simile in specie: contingit autem
quandoque, quod etiam in accidentibus individuati sit assimilatio
filii ad patrem, sed hoc non est, nisi in accidentibus corporalibus,
ut quod podagricus generat podagricum, non autem in ac-
cidentibus animae: non enim muscus generat muscum, sed ran-

tionalem. Peccata autem proximorum parentum nihil in natu-
ram corruptionis inducunt; quia natura jam corrupta est, &
sacundum quod corruptio patitur aut peccatum primi hominis; &
ideo natura cum illa corruptione pervenit ad proximos parentes,
& cum illa corruptione naturam traducit. Et ideo dicitur, quod
omnis homo generat, in quantum est Adam.

VII. Hinc colligitur, non solum pueros natos ex infideli-
bus contrahere peccatum originis, sed etiam natos ex fide-
libus, & sanctis: & propterea etiam illos ad gratiam, & vitam
aeternam egero Baptismo, quicquid obstrapat in contrarium
Calvinus: eadem enim est causa pro omnibus. Neque hic juvat
contingere pactum. Nam pactum est quidem de justifican-
dis parvulis, si suscipiant Baptismum; sed pactum de justifi-
candis, & salvandis fidelium parvulis, etiam sine Baptismo de-
cedentibus, ubinam est? Sane qui ex femine Abrahae gigne-
bantur, filii fidelem erant; aderat & pactum, sed non pro
iis, qui absque Circumcisione decedebant. De iis enim legitur
Gen. 17. ver. 24. *Masclus, cuius praepitius caro circumcisa
non fuerit, delictibus animae illa de populo suo; & quia pactum
meum irritum fecit: quem texum de aeterna, non temporali
delezione, supponebimus. Praeterea: quis ex paren-
tibus magis fidelibus, ac justis natus Joanne Baptista? Qui
tamen cum legitur sanctificatus in utero matris, proinde in
originali conceptus, egebat mundatione.*

VIII. Dices tamen primo. Ideo in Adam peccavimus, quia
in eo eramus secundum feminalem rationem: sed hoc eodem
modo sumus in parentibus proximis, ergo &c.

IX. Respondet, dist. maj. quia in eo eramus, ut in capite
morali totius naturae, cui datum fuerat donum pro universa
naturae ab eo propaganda, con. maj. ut in causa particulari, nego
maj. & in hoc sensu etiam min. Non enim sumus in parentibus
proximis, ut in capitibus, quibus datum fuerat eorum vel ju-
stitiae vel injustitiae tota natura ab eis propaganda communicat;
sed sicut eorum justitia in ipsis fuit, ut non traducatur; ita
injustitia solum personalis est, nec ad alios transit. In primo
Parente, & in proximis parentibus sumus secundum communi-
cationem naturae, non tamen secundum communicationem in per-
sona: Et ideo peccato subrahente donum naturae participamus,
non autem peccato subrahente donum personae. Ita Div. Thom.
qu. 4. de malo art. 8. ad 1. Et ibid. ad 2. Adam (inquit)
suis peccato actuali corrupti naturam humanam, subrahente donum
generatum, quod peccato transiit in posterum, quod non fit
per actualia peccata proximorum parentum, ne ex dictis; patet,
quoniam addunt ad hanc corruptionem per subractionem gratiae,
vel spiritibus ad istam gratiam, quae est donum personale. Vi-
deatur etiam 1. 2. qu. 81. art. 2. ad 3.

X. Dices secundo. Magis potest transferre in alterum id,
quod habet a seipso, quam id, quod habet ex alio, sicut
ignis magis potest calcescere, quam aqua calefacta: sed paren-
tes proximi transferunt per originem in prolem peccatum;
quod habent ab Adam; ergo multo magis ea, quae ipsi com-
miserunt.

XI. Respondet cum D. Thom. qu. 81. 1. 2. art. 2. ad quod
illud, quod habet aliquis ex se, magis potest evadere, dum-
modo sit traducibile. Sed peccata actualia proximorum parentum
non sunt traducibilia, quia sunt pure personalia.

XII. Sed dices tertio. David ex legitimo Matrimonio natus
dicit Psal. 50. *Ece in iniquitatibus conceptus sum, & in
peccatis conceptus me mater mea;* sed hoc non est, si in solo
originali ab Adam conceptus fuisset, hoc enim est unum tan-
tum; ergo quia per originem traxit etiam peccata proximo-
rum parentum.

XIII. Respondet primo, S. Hieronymum (ut Tom. 1. ejus
Oper. Edit. Maur. & in Bibl. Poliglota.) veritatis, *Ece in in-
iquitate...* & in peccato: scilicet in numero singulari. Ref-
pondet secundo cum Div. Thom. qu. 4. citata de Malo art.
8. ad 1. quod peccatum originale in uno homine est unum tan-
tum. Sed dicitur pluraliter in peccatis concepti me mater mea,
propter quatuor. Primo quidem secundum consuetudinem Scrip-
turae, in qua ponitur pluraliter pro singulari, ut patet Matth. 2. Mor-
tui sunt, qui querebant animam Pueri, quod dicitur pro solo
Herode. Secundo. Quia peccatum originale est quodammodo causa
sequentium peccatorum; & ita virtute continet in se multa
peccata. Tertio. Quia in peccato actuali primi parentis, ex quo
peccatum originale causatur, fuit multiplex peccati deformitas.
Erat enim ibi superbia, inobediencia, gula, & furtum. Quar-
to. Quia corruptio peccati originalis ad diversos hominis partes
pertinet. Sed tamen propter hoc peccatum originale in homine non
potest dici plura, nisi secundum quid.

XIV. Dices quarto. Poena non debetur nisi culpe, sed filii
iudicio divino puniuntur pro peccato proximorum parentum
Exod. 20. *Ego sum Dominus Deus vester, zelosus, & visitans
iniquitatem patrum in filios, in certum, & quartam
generationem.* Iudicio etiam humano in crimine laesa majesta-
tis filii exheredantur pro peccato parentum. Haerodes furis
obligatur pro furto patris, licet de furto nihil ad eos per-
tineret &c. ergo &c.

XV. Confirmatur ex S. Augustini. in Enchirid. cap. 46. do-
cente: *Parentum quoque peccatis parvulos obligari, non solum
primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipse natus
fuit.* Et post pauca, allatis verbis Psal. 50. supra allatis: *In
iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis conceptus me mater
mea, ait.* Nam hic dicitur in iniquitate, vel peccato, cum &
hic recte dici potest; sed iniquitates, & peccata dicere maluit:
quia & in illo uno, quod in omnes homines pertransiit...
reperiuntur, sicut supra distinxit, plura peccata. & alia pa-
rentum, quae est non ita pessima mutare naturam, vana tamen
obligari filios &c. ergo &c.

XVI. Respondeo, dist. maj. poena spiritali, conc. maj.
poena corporali, neg. maj. & dist. min. poena corporis conc.
min. poena spiritali animae, nego min. Respondio est D. Th.
1. 2. q. 81. a. 2. ad 1. dicens: *quod poena spiritali, sicut
Augustinus dicit in Epist. ad Avianum (verus ad Augustinum
Epist. 75. modo 250.) nunquam puniuntur filii pro parentibus,
nisi quatenus in culpa, vel per originem, vel per imitationem,
quia omnes animae immediate sunt Dei, ut dicitur Ezech.
18. Sed poena corporali interdum judicio divino, vel humano
punitur filii pro parentibus, in quantum filius est aliquid patris
secundum corpus.*

XVII. Ad confirm. varie responderi solet. Aliqui dicunt S.
Augustini ibi non esse filios proximorum parentum peccatis
conquiritari, seu eorum peccata in filios transire, sed solum
poenam, modo tamen supra explicato.

Verior tamen responsio est, quam dicit S. Thom. 1. 2. q.
80. a. 2. & q. 4. de Malo a. 8. S. Augustinum solum referre
illam opinionem, quam tunc probabiliter existimabat: unde
ait: *Parentum quoque peccatis parvulos obligari &c. non impro-
babiliter dicitur.* Deinde exponit illius opinionis motiva, ma-
ximae ex Psal. 50. nihil tamen determinat, sed questionem
insolutam relinquit. Unde ibi cap. 47. concludit: *an qui na-
scuntur, omnium praecedentium parentum peccatis implicen-
tur, an Dei misericordia tam gravi farcina liberentur, an ali-
quid aliud de re tanta ex Sacris colligatur, semper affirmare
non audeo.*

XVIII. Ceterum quod ibi ausus non est affirmare, factus
jam senex absque omni dubietate asseruit nempe proximorum
parentum culpa filios non obligari. Cum enim audisset, Au-
gustinum Episcopum juvenem, ob unius peccatum, totam fami-
liam excommunicasse, hoc factum improbandum ad eundem con-
scripsit Epistolam (olim 75. modo 250.) in qua eum rogat,
ut eum docere dignetur, quomodo recte anathematizetur pro
patris peccato filius; aut pro marito uxoris, aut pro domino ser-
vici, aut quisquam in domo etiam nonum patris, si eadem tem-
pore, quo universa domus est anathemata obligata, nascatur...
nigra enim haec corporalis est poena... spiritualis autem poena...
animae obligat, de quibus dicitur Psal. 50. *Anima patris mea est,
& anima filii mea est, Anima que peccaverit, ipsa morietur*
(Ezech. 18. v. 4.) Et infra iterum eum rogat, ut doceat, quomodo
vel Deo, vel hominibus iustum possumus reddere rationem,
si animas innocentes pro scelere alieno, ex quo non trahunt, sicut
ex Adam, in quo omnes peccaverunt, originale peccatum,
spirituali supplicio puniamus. Censet ergo S. August. ex solo
Adam culpam, pro qua possint spirituales poena in anima pu-
niri parvulus pro origine trahere.

XIX. Dices quinto. Patres docent peccatum originale non
aliter transfundi ad Adae Posterum, quam ratione concupi-
scentiae, & libidinis parentum in ipso usu conjugii, non fe-
cundis ac podagra, aliaque parentum vitia transfunduntur in fi-
lios; ergo aliquid ex peccatis proximorum parentum in filios
originaliter transit. Ant. probatur ex Patribus, quos Augustinus
ipse refert, & laudat l. 1. cont. Julian. c. 4. & 5. & Callis
Augustino posterioribus, qui videtur, originale peccatum uni-
ce refundere in hoc, quod ex germine vitati homo nascatur,
& in tantum Christum nullam peccati maculam contra-
xisse, quia cum ex nulla viri contagione conceptus, pollutio-
nem, quae ex concupiscentia motu cupeptis traditur, omni-
non non habuit. Ut ergo huic objectioni respondeamus, sit

S. II.

An Parentum concupiscentia sit causa Originalis peccati?

Concupiscentiam, & libidinem, quae in hac natura cor-
rupta adum generationis comitatur; esse causam proximam
transmissionis peccati originalis sensisse vixi fuit Magister
sentent. in 2. dist. 31. Gregorius Animin. & Gabriel. ibidem.

XX. Dico tamen. Concupiscentia, seu libido, quae in actu
conjugii modo est, non est causa proxima traditionis pec-
cati originalis in prolem: sed causa proxima traditionis pec-
catorum, quae, ut ex Adam descendit, producit naturam cor-
ruptionis: concupiscentia vero, & libido, est solum conditio
concomitans eam in statu corruptionis, seu signum corruptio-
nem ostendens. Tres habet partes hoc assertum. Pror probatur
ex Bellarm. l. 4. de Amis. gratiae, & sicut pec. c. 12.
Primo. Quia si homo talis a Deo formaretur sive ex nihilo,
sive alia materia, is, ut dicemus, neque haberet, neque in
Posterum tradere originale peccatum; ut enim docet Triden-
tinum Sess. 6. c. 3. homines non nascerentur injusti, nisi ex
femine Adae propagati nascerentur: at is non careret concupi-
scentia, & libidine; ergo &c.

Secundo. Si vir, & femina ambo ex Adam nati, singulari
Dei privilegio sine libidine generarent, nihilominus peccatum
originis in filios suos transmittentur, quia filii horum paren-
tum vere ex Adam naturam traherent, & filii ejus essent, &
in eo peccassent, in quo omnes peccaverunt; neque gratia
personalis proximorum parentum in eos transfunderetur,
non igitur libido generantium originalis peccati causa proxima
est.

Tertio. Si libido esset causa originalis peccati, ille gravior
peccatum traheret, qui cum majori libidine conciperetur: hoc
autem est falsum, quia peccatum originis in omnibus homini-
bus est aequale.

XXI. Secunda pars probatur. Et quidem quod generatio
naturalis, seu commixtio viri, & feminae secundum se non fit
causa traditionis peccati, patet. Nam haec sufficit etiam in
statu innocentiae, ut supra ostendimus; & tamen peccatum non

traxisset. Quod ergo illud causet quatenus ex Adam de-
scendens, probatur. Hic enim via traditae naturam, qualis
evadit in Adam post peccatum; ergo corruptam. Tum etiam.
Nam qui ex generatione ab Adam descendente procedit,
procedit ut filius Adae, fuit in lumbis ejus, eique, cum praec-
eptum transgrediretur, communicavit in peccato. Nam, ut
ait Apostolus, omnes (qui felicitet in eo erant, fuit in lumbis
ejus) peccaverunt.

XXII. Tertia vero pars sequitur ex dictis. Motus enim li-
bidinis praecedentes, vel concomitantes generationem sunt ar-
gumentum certissimum, per eam, naturam corruptam propa-
gari, nec enim in propagationem naturae integre tales motus
vel promovissent, vel comitari fuissent: cum tamen modo nec
sanctissimi quidam conjuges sine illis generare solent.

XXIII. Nunc respondendum est ad argumentum S. praed-
propositum; Patres docere solum, quod commixtio carnalis
sine motu concupiscentiae, & libidinis in natura corrupta si-
ri nequeat. Unde sequitur, non quod motus talis sit causa
traditionis peccati, sed solum quod fit conditio, sine qua
parvulus non contraheret peccatum originale; quia scilicet
alioquin non descenderent ab Adam naturali via generatio-
nis, qui mortifera transgressione ipsam sperat in femine, ut
peccatum cum homine nasceretur. Ac propterea dum aliqui
eorum dicunt, Christum sine originali conceptum fuisse, quia
sine illa carnali commixtione, per concupiscentiam vitata,
de Spiritu Sancto conceptus est, non loquuntur in sensu cau-
sali proprio, seu secundum causam essendi; quasi concupi-
scentia, quae actu conjugii adiungitur, sit causa, quare pec-
catum originale in prole traducatur, & sit ita ut si haec
abesset, proles genita non foredretur: sed loquuntur in sensu
concomitante, vel secundum causam consequentiae, quia scilicet
generatio carnalis, per quam traditur peccatum, sine
motibus concupiscentiae fieri nequit: vel quia motus concupi-
scentiae in generatione est certissimum argumentum; & indi-
cium pro illam peccatum originale traduci, quod est esse cau-
sam consequentiae. Et hoc est, quod S. Augustinus ait l. 1. de
Nupt. & concup. c. 12. loquens de Christi conceptione et
Virgine: *Sedus ibi (inquit) nuptialis concubitus non fuit; quia
in carne peccati fieri non poterat sine illa carne pudenta concu-
piscencia, quae accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui
suscipere erat sine peccato. Non in carne peccati, sed in similitu-
dine carnis peccati: ut hinc etiam doceret, omnem que de concu-
bitu nascitur, carnem esse peccati, quoadquidem sola, que non
inde nata est, non fuit caro peccati.* Quibus indicat quidem,
concupiscentiam esse concomitantem concubitu ad traducen-
dum carnem peccati, non vero esse causam.

XXIV. Quod si alibi videretur dicere, non generationem,
sed libidinem esse, quae peccatum traducit: non vult indica-
re, ipsam actuale libidinem esse veram causam originalis
peccati, quod absurdum esse paulo ante ostendimus, sed foli-
um eandem peccati originalis non esse absolute carnis propa-
gationem, nam haec in Paradiso quoque fuisset, ubi tamen
peccatum non existisset; sed propagationem ex natura cor-
rupta, quam concomitatur ardor libidinis. Quare in omnibus
locis, in quibus videtur traditionem peccati tribuere concu-
piscencia, nil aliud intendi, quam quod Adae peccatum tota
naturam in deterius secundum corpus, & animam muta-
verit, & corpus quidem vitio concupiscentiae infecerit, ani-
mam vero labe peccati: causamque, cur utrumque vitium
traducatur ad Posterum, esse naturalem generationem, quae sine
motu concupiscentiae non fit.

XXV. Neque controversia inter Pelagianos, & S. Augusti-
num erat de modo, quo peccatum originale traducitur, sed
de ipsa peccati traditione, quam Pelagiani negabant, ut vi-
dimus. Nec disputabatur de concupiscentia, nisi hoc, quod
Pelagiani concupiscentiam veluti bonum a Deo naturae infer-
tam laudibus celebrabant; Augustinus vero eum Catholicis
eam tamquam ex peccato natam, & peccatorum parentem di-
tebatur. Propterea l. 3. contra Julian. sic eum carpit cap.
21. *Ambo continentiam profiterentur, & si quod profiterentur agi-
mus, istam concupiscentiam ambo frannimus; adversus ejus repu-
gnantes motus ambo bellamus, ambo eam, si proficiscimur, de-
bellamus. Verum haec inter se, quod ego dico, me malum frann-
re, tu autem te bonum. Ego dico, mihi malum repugnare, tu
tibi bonum. Ego bello adversus malum, tu adversus bonum. Ego
cupio malum debellare, tu bonum.*

In hoc ergo verbatum contentio inter Augustinum & Ju-
lianum, inter Catholicos & Pelagianos; peccatum originale
contrahi ex concupiscentia arguebat Augustinus, quia mala
quia ex peccato nata, quia sine illa generatio non est, non
quia causa traditionis peccati. Audiatur l. 2. de Nupt. &
concup. c. 5. ubi Julianus ipsum carpentis, quod Manichaeus ef-
flet, cum diceret: *Ideo illos (parvulos) esse sub Diabolo, quia
de sexu utriusque commixtione nascuntur;* respondet: *Dico ple-
ne, propter delictum eius esse sub Diabolo: idem autem exper-
non esse delicti, quia de illa commixtione sunt nati, qui sine
pudenta libidine non peccat etiam id, quod honestum est, operari.*
Quod auctoritate Ambrosii confirmat. Haec dixi, ut de men-
te Augustini omnis scrupulus auferatur.

S. III.

Quid de eo, qui miraculose formatur ex humana carne, an contraheret Originale peccatum?

XXVI. Ad magis flabundum sola via naturalis generatio- nis peccatum originale tradidit, insubstitutio hinc quod- fimum S. Th. 1. 2. q. 81. a. 4. & q. 4. de Malo a. 7. an scilicet, si quis materialiter tantum de Adam nasceretur; puta, quia miraculose formaretur ex carne tracta ex Adam, puta manu, digito, aut colta, sicut formata fuit Eva; non autem via generationis ex Adam procederet, contraheret peccatum originale.

XXVII. Dico ergo cum eodem S. D. quod non contraheret. Probat primo ex Augustino l. 10. de Gen. ad lit. c. 18. Quia ille non fuit in Adam secundum feminalem rationem, secundum quam solam contrahitur originale peccatum; & hac ratione Christus quamvis de carne ex Adam sumpta concepit, non peccavit in Adam, neque decimus fuit in lumbis Abrahæ, quia non fuit ibi secundum feminalem rationem, sed solum secundum corpulentam substantiam. Proinde (inquit laudatus Aug.) corpus Christi, quamvis ex carne femine assumptum est, quæ de illa carnis propagine concepta fuerat, tamen non sic in ea conceptum est, quomodo fuerat illa concepta, nec ipsa erat caro peccati sed similitudo carnis peccati.

XXVIII. Probat secundo D. Th. 1. 2. q. 81. a. citato, hoc dicitur. Illi soli contrahitur peccatum originale, qui sunt ab Adam ut a principio primo movente per generationem: sed qui alia via, quam ex femine ab ipso propagato formatur, non est ab Adam, ut a principio movente per generationem; ergo non sic. Maj. explicatur. Nam illi soli contrahitur originale peccatum, qui erant in Adam ut Caput, cum peccavit, & quorum voluntas in voluntate ejus continebatur: ac illi soli erant, qui generationis origine ad eo propagandi erant, quippe propterea filii ejus dicitur, ergo &c. Min. vero prob. Adam enim non est principium generis humani, nisi media generatione, & virtute feminali ab ipso derivata atque si alia via formaretur, pura virtute activa Dei ex carne humana, vis activa ejus non derivaretur ab Adam, ergo &c.

XXIX. Confirmatur primo. Sicut voluntas est generale movens omnia corporis membra ad actus; ita Adam est generale, & primum movens ad naturam humanam habendam; ergo sicut, si manus non moveretur a voluntate hominis, sed ab aliquo extrinseco movente, actus manus non perlineret ad peccatum humanum; ita si ad naturam humanam habendam aliquis non moveretur ab Adam, sed ab alio extrinseco, nempe a Deo, hujus natura non esset participes culpe totius nature humane.

XXX. Confirmatur. Peccatum originale contrahitur illi soli, qui sunt filii Adæ: sed homo productus ex carne alterius hominis non est filius Adæ; quemadmodum Eva, esto ex colta Adæ formata, non tamen fuit filia Adæ, quia ille solus dicitur filius aliorum, qui vi generativa, propterea ad communicandam naturam instituta, procedit: ergo &c.

XXXI. Probat secundo S. D. q. de Malo a. 7. illa homo i formatus de carne alterius ab Adam propagati, esto ex Adam materiam acciperet, non tamen eam acciperet ab Adam, sed ab alia causa: sed esto accipiat materiam ex Adam, si tamen eam non accipit ab Adam, ut a principio movente, & activo, non contrahit dispositiones, quas habet materia, nempe caro, ut est ab Adam: Non enim refert (ait S. Thomas) quantum ad conditionem hominis, de qua materia formatur, sed a quo agente formatur; quia ab agente recipit formam, & dispositiones, materia vero non retinet priorem formam, aut dispositionem, sed novam acquirit per generationem; ergo &c. Quibus ultimis verbis apparet, quod est caro illa, desumpta ex homine descendente ab Adam esse corrupta, & infecta; dum tamen a Deo assumetur ad alium hominem formandum, omnem corruptionem exuret, easque solum dispositiones inducet, quæ a Deo agente illi imprimerentur.

XXXII. Hinc D. Th. citato loco ad 1. argumentum, quod tale erat: Anima infectur peccato originali propter infectionem carnis, cui unitur; sed caro hominis peccatoris est infecta infectione peccati in actu, semper autem in virtute tantum; quia cum carnis anima rationalis, non est infecta infectione peccati: magis ergo contrahit maculam originalem peccati, qui miraculose formatur ex carne aliorum habentis peccatum originale, tunc ex colta, vel pede, vel manu, quam si generare ex femine — Respondet ad primum ergo dicens, quod si aliquid homo formaretur ex digito, vel carne alterius hominis, hoc non posset esse, nisi carne illa corrupta, & recedente a sua dispositione, quia generatio unitur est corruptio alterius. Unde infectio, quæ præstat in carne, non movetur ad infectiendam animam.

XXXIII. Si dicat. Peccatum originale pervenit ab Adam in omnes, in quantum omnes in eo peccante fuerunt: sed qui ex carne humana ab Adam descendente formaretur, in Adam fuisset; ergo &c.

Respondet cum D. Thoma 2. 2. q. 81. a. 4. ad 3. Quod ille, qui formaretur ex carne humana, fuisset in Adam secundum corpulentam substantiam, sed non secundum feminalem rationem. — & ideo non contraheret peccatum originale.

XXXIV. Adverto tamen cum S. Preceptore in 2. dist. 31. q. 1. a. 2. ad 3. Quod si aliquis divina virtute ex digito formaretur, esto originale non haberet, haberet nihilominus omnes defectus quos habent, qui in originali nascuntur, tamen sine ratione culpe, quod si pater, peccaret Deus a principio, quando hominem condidit (quem iustitia originali exornavit) etiam

alium hominem ex ligno terra formare, quem in conditione sua natura relinqueret, ut scilicet moralis, & passibilis esset, & pugnam concupiscentia ad rationem sentiens; in quo nihil humana natura deperderetur, quia hoc ex principii nature consequitur; non tamen ille defuit in eo rationem culpe, & passibilis, quia non per voluntatem iste defectus causatus esset. Similiter dico, quod in ipso, qui ex digito generatur, sales defectus essent, si principii sua natura relinqueretur, nisi Dominus gratis hoc ibi vollet conferre, quod primo homini contulit. Nec isti defectus ex voluntate primi hominis procederent, quia defectus non causatur ex voluntate Primi Parentis, nisi in eis, qui ab eo naturam accipiunt: non autem aliqui accipiunt naturam a materia, sed ab agente. Unde cum ille sit ab Adam solum materialiter, non autem sicut a principio activo ab eo descendat; constat, quod natura humana ab eo non accipit, nec culpam originalem per eum incurrit, nec præstat defectus; & ideo rationem culpe, vel poenæ non habebunt, cum non contraherent ad voluntatem, sicut ad causam. Quæ adeo clara sunt, ut expositione non egent.

S. V.

Quid si Adam non peccasset, Eva sola peccasset?

XXXV. Dico. Si Adam non peccasset, peccasset vero Eva, filii non contraheret peccatum originale: econverso autem esset, si Adam solus peccasset, & non Eva. Ratio autem ex D. Thom. 1. 2. q. 81. a. 5. est. Quia peccatum originale ab eo solo contrahitur, qui est principium active movens ad generationem, sed solus Adam non Eva, est principium active movens ad generationem, ergo &c. Min. sic prob. — Vel enim solus mas active ad generationem concurrat, femina vero solum passive ministrando materiam, ut cum Aristotele sentit Div. Thomas; vel si feminam aliquem concurrere habet activum, ut cum Galeno sentit alii, hoc certum est, quod principium primo movens, ac positivum partes habens ad generationem, est masculus; sed solus Adam est principium &c. utpote cujus virtuti active subjacent Polleri, atque etiam totum illi, quod mulier ministrat, five illa etiam agat, five non. Quæ ratio solum ostendit congruitatem divine ordinationis. Maxime enim congruum apparet, ut si Deus vellet statum iustitiam, vel iniustitiam originalem pendere ab aliquo, ordinaret, ab eo dependere, a quo tamenquam ab unico, vel sitem principaliori principio movente, & activo, omnes homines nascitur pendere debebant.

XXXVI. Secundo. Hoc idem indicat Apostolus Rom. 5. v. 12. dum ait: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. Non ait: per duos homines; quamvis duo fuerint, qui peccaverunt. Rufus v. 14. Si enim unius delictio multos mortuos fecit. v. 17. Si enim unius delictio mors regnavit per unum. Et v. 18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem. Ubi unius, inquit, non dicitur. Quod autem ille unus fuerit Adam, dicit ibi v. 14. Sed regnavit mors ab Adam. Et 1. Cor. 15. v. 21. Sicut in Adam omnes moriuntur.

XXXVII. Tertio. Ex Cone. Trident. sess. 5. can. 2. docemur, Adæ prævaricationem nocuisse sine propigni, tumque acceptam a Deo fuisse, & iustitiam, non sibi soli, sed etiam nobis perdidit; & anathema dicitur asserentibus oppositum, nulla facta mentione prævaricationis Evæ: atque si prævaricatio Evæ æque ac prævaricatio Adæ, nobis nocuisset, ita ut ea prævaricatio, etiam non prævaricatio Adam, originalis culpa in nos transisset, debuilset ejus mentio fieri, immo magis; quia cum prius prævaricatio sit Eva, quam Adam, antequam Adam prævaricaretur, jam prævaricatio ejus in Eva; & prævaricatio Adæ non solum non esset prævaricatio nostra, sed omnino impertinens ad nostram prævaricationem. Quando enim unus est jam per alium occidit, non vere illi noceret, nec vere illum occideret; ergo si ab Eva peccante contrahimus peccatum, Adam non vere nobis nocuit, neque nos mortales reddidit suo peccato, quia jam ante eramus mortales effecti, & spiritualiter mortui per peccatum Evæ; ergo solum dicit Concilium, immo & Apostolus, dum prævaricationis, & delicti Adæ nostram tribuit perditionem.

XXXVIII. Quarto prob. Ut Eva potuisset in nos transfundere suum peccatum, debuilset constitui Caput morale nostrum: sed solus Adam, non Eva, constituit fuit Caput morale nostrum, ac totius generis humani personam sustulit, ergo &c. — Nec refert, quod etiam Eva impositum fuerit præceptum non comedendi — Nam in primis præceptum legitur Gen. 2. v. 16. foli Adæ immediate factum: nam tunc Eva vel adhuc non fuerat producta, vel non aderat ibi præfens. Vel Evam illud præceptum obligavit tanquam personam singularem, non vero ut representantem totum genus humanum.

XXXIX. Sed objicit primo. Filii, qui soli Eva peccante nascerentur, nascerentur ex carne corrupta, atque ex carnali concupiscentia; ergo essent caro corrupta: Quæ enim natura est ex carne, caro est (Joann. 3. v. 6.) ergo essent peccato obnoxii.

XL. Confirmatur. Si per miraculum aliquis nasceretur ex sola matre, iste traheret peccatum originale, acciperet enim naturam vitiatam, & corruptam: unde ut Christus conceperetur sine peccato in utero Virginis, ipsa purganda fuit a foetibus, vel antequam conceperet, vel in ipso conceptu, ut docent Aug. l. 2. de Peccat. merit. c. 24. Damascenus, l. 3. de Fide, c. 2.

cap. 2. & 12. & Div. Thom. 3. par. qu. 32. art. 4. ad 1. Immo fuisse omnino ab originali culpa præservandam, communitur pie creditur.

XLI. Respondet, dist. ant. essent ex carne corrupta, ut principio materiali, conc. ant. ut principio activo, nego ant. & conseq. Ut enim supra §. præc. diximus cum Div. Thom. qu. 4. de Malo art. 7. non refert quantum ad conditionem hominis, de qua materia formatur, sed a quo agente formatur; quia ab agente recipit formam, & dispositiones: materia vero non retinet priorem formam, aut dispositionem, sed novam acquirit per generationem. Cum ergo Eva peccante, sed non peccante Adamo, filii ex ea nascerentur nascerentur quidem ex materia personliter corrupta, ex principio tamen activo, & potiori corruptionem non reciderent: ideo caro genita evaderet incorrupta, eo modo, quo superius diebus si modo homo per miracula formaretur ex carne corrupta, & Eva post transgressionem formata fuisset ex Adami colta, licet ex materia vitiatam formarentur, naturam tamen vitiatam non contraherent. Quod vero dicitur ex Joann. 3. Quæ ibi sumitur pro homine carnali non percipiente ea, quæ Spiritus sunt, sed solum ea, quæ carnis sunt. Vel ita: quod si natura est ex carne tanquam principio activo, & non solum materiali. Qui autem Eva peccante, & non Adamo, nascerentur, non nascerentur ex carne cum exclusione spiritus, neque ex homine carnali; quia Adam, qui esset principium activum & potius, non carnalis foret, sed spiritualis.

XLII. Ad confirm. nego alsumptum. Si enim aliquis per miraculum nasceretur ex sola matre, non descenderet ex Adam secundum feminalem rationem: ideoque non contraheret peccatum originale. Quamvis enim acciperet naturam infectam ex parte materis, eam tamen non acciperet infectam ex parte activi, ex quo, ut diximus, sumitur unice defectus, & vitium in prole. Nec B. Virgo ad hoc fuit purganda, vel (si vellet) præservanda, ut in ea conceperetur Christus sine peccato; sed quia oportebat, ut Mater Dei maxime & omnimoda puritate niteret, ut ait D. Thom. 1. 2. qu. 81. art. 5. ad 3. & qu. 4. de Malo art. 7. ad 6. & hoc modo exponenda sunt, quæ docet 3. par. qu. 32. art. 4. ad 2.

XLIII. Objicit secundo. Ecclesiastici 35. ver. 33. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnis mortuorum. Et David Psal. 50. ver. 7. Et in peccatis (inquit) concepti mater mea.

Quod urgetur. Si enim quispiam miraculose conceperetur ex solius viri femine, si non contraheret originale peccatum: idque propterea, quia mater nihil ad ejus conceptionem contraheret. Unde: communi estatum, peccatum ex parentibus contrahi, quo non solum vir, sed uterque parens ad peccatum contrahendum requiri indicatur.

XLIV. Respondet primo. A muliere factum esse initium peccati, non quia ab ipsa immediate ad nos pertransiit peccatum; sed quia postquam ipsa peccavit prior, virum induxit ad illud peccatum, quod originaliter in nos pertransiit: & in hoc sensu per illam omnes moritur. Quare sapiens verba illa protulit, ut moveret viros, ne multitudine nimium indigerent, neve immoedico amore eis adhaerent. — Dicit de illo Scriptura dicit, quod per mulierem omnes moriuntur modo explicato, tamen dicit, quod omnes mortui sumus in Eva, vel in Eva peccante, sicut mortui, & peccati dicitur in Adamo, in quo mortuente omnes mortui sumus, & in quo peccante omnes peccavimus, ut ait Apostolus Rom. 5. ver. 12.

David vero dicit: in peccatis concepti mater mea, quia sola mater est, quæ factum in utero suo concepit. Quod autem in peccato concepit, ex eo est, quod per virtutem viri feminalem, & activam ex Adamo originaliter descendente, eum concepit.

XLV. Ad id, quod urgetur, nego, causam, quare qui ex solo viri femine, five femina, miraculose conceperetur, non contraheret peccatum originale, eam esse, quia mater nihil ad ejus conceptionem tribueret; sed potius quia in ea hypothetico femine illud licet descendere ab Adam, vis tamen activa, secundum quam talis focus conciperetur, non esset ex Adam. In tali enim casu femini viri potius subiret vires materis, ex qui virtus activa Dei vel alterius, focus formaret: ideoque proles illa, sic concepta, non fuisset in Adam peccante, quia non fuisset secundum feminalem rationem activam, & focus humani formativum. — Ceterum si ex femine viri descendens ab Adam, & muliere aliunde formata, quis ordinata generatio via conceperetur, illa peccatum originale contraheret, eo quod derivaretur ab Adam per feminalem propagationem. Recte autem dicitur, peccatum originale ex parentibus, patre scilicet, & matre, contrahi: quia contrahitur per generationem, ad quam concurrerit uterque parens, licet prima ratio transfusionis sit solus Adam, non Eva, quia in generatione primas partes habet vir, utpote movens ad illam.

XLVI. Dices. Partus ex illo contrahit originale, ex quo habuit maledictionem, sed hanc habuit ex Eva; ei enim dicit Deus: Multiplicabo erummas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries; ergo &c.

Secundo. Effectus sequitur debiliorem partem suæ causæ: si ergo Eva, quæ est debilior pars generationis, peccaret, homo genitus conditionem ejus sequeretur: & peccatum contraheret, sed Adam non peccaret.

XLVII. Resp. ad primum, nego min. Partus enim non ideo contrahit originale, quia exit cum dolore, cum mulier posset parere cum dolore, etiam si fetus non esset peccato obnoxius. Maledictio igitur, ad quam sequitur peccatum in om-

nes, continetur potius in verbis, quæ Deus dicit Adæ: Partus tuus, & in partum revertetur. Hæc enim, teste Isidoro lib. 1. de Summo Bono cap. 11. fuerunt pronuntiatio sententia, quam Deus fuerat comminatus, dicens: In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.

Ad secundum, nego conseq. Non enim fequitur, quod omnis defectus, qui est in causa debiliori, debet reperiri in effectu: sed quod defectus, qui est in effectu, refertur in partem causæ debiliorem, & sic quod vitium originale refertur ad vitium, quod est in femine a viri descendente.

XLVIII. Objicit tertio. Patres modo foli Evæ, modo Evæ, & Adamo peccati originalis traductionem adjudicant. Solum Evæ adjudicat Irenæus lib. 5. cont. Hæ. cap. 19. ubi: Quemadmodum (inquit) adhibuit est mori genus humanum per virginem (Evam) salvatur per virginem (Mariam) Et S. Basil. Hom. 1. de Jejunio, ait: Si a ligno jejunasset Eva, nequam hoc nunc jejunio opus haberemus.

Utrique adjudicant SS. Augustinus, & Anselmus. Augustinus enim lib. 1. de Peccat. merit. cap. 16. exponens illud Rom. 5. Per unum hominem peccatum in mundum intravit, ait: Sic ut autem a muliere, sicut ab Adam dicitur, utrumque ad primum hominem pertinet; quoniam, sicut novimus, mulier ex viro est, & utriusque caro una est. Anselmus quoque lib. de Conceptu Virginis &c. cap. 9. querens, cur peccatum magis imputetur Adæ, quam Evæ, ideo fieri ait: Quia illa duorum copia tota intelligitur in nomine principalis partis. Vel quia uterque Adæ nomine vocatur Gen. 5. ver. 2. Et vocavit nomen eorum Adam.

XLIX. Respondet, negando assumptum pro utraque parte in sensu Arguentis: Ad Irenæum, Basilium, & alios (si sunt) dico, Irenæum velle, per virginem Evam additum in mori genus humanum fuisse occasionem; quia ipsa suscitatio facta fuit multiplicata, & occasio Adæ, ut peccaret, & mortem; quæ ex ipso in omnes pertransiit, in partem subiecit. Et hoc ex comparatione, quam instituit inter Evam, & Mariam Virginem, apparet. Nam sicut B. Virgo non salvat nos per seipsum, sed per Christum, quem peperit: Ita Eva nos non perdit per seipsum, sed per Adamum, quem ad peccatum sollicitavit — D. autem Basilium solum vult, quod si ipsa (Eva) Jejunasset, non induisset Adamum ad comedendum, & peccandum; & sic in illo non peccavimus, nec modo Jejunio egeremus.

Ad Augustinum vero dico, eum non velle, quod ita per Evam propagetur peccatum, sicut per Adam; sed exponens illud: A muliere initium est peccati, dicit, quod vis dicitur a muliere, five ab Adam, utrumque pertinet ad primum hominem, quia mulier est ex viro, & utriusque est una caro. Ceterum laudato loco exponens, quomodo per unum hominem peccatum in mundum intravit, ait: quando ergo peccavit Adam non obediens Deo, tunc ejus corpus quamvis esset animale, & morale, gratiam perdidit, quæ ejus animam omni ex parte obediens. Tunc ille exierit bestialis motus pervadens hominibus. Videri potest lib. 1. contra Julianum, cap. 3. ubi ex Ambrosio plura asserit, quibus ostenditur, ex Adam peccato obligatum fuisse genus humanum. Diabolus (inquit) Evam accepit, ut supplantaret virum, obliquaret hereditatem.

Anselmus vero expressit nostram sententiam admittit. Referens enim varias rationes, cur peccatum magis imputetur Adæ, postquam dicit, ei imputari tanquam parti principaliori, addit: Aut idcirco, quia si non Adam, sed sola Eva peccasset, non necesse erat, totum humanum genus perire, sed solum Evam. Peccavit namque Deus de Adam, in quo seminem omnium hominum erraverat, aliam faciem mulierem, per quam de Adam propagatum Dei peccaverat. Ecce Anselmus D. Thomæ sententiam, & nostram amplectentem.

L. Ex hætenus dictis apparet, pueros, qui soli Eva peccante, Adamo vero iustitiam retinente, nasci fuissent, nasciuros in iustitia originali, ac futuros impassibiles, & immortales eo modo, quo Adam. Partim quia illa iustitia collata fuerat Adæ pro se, & Polleri, si non peccaret. Partim quia iustitiam originalem comitabantur impassibilitas, & immortalitas: & hoc est Evam peccatricem habuisse matrem. Quare non existimo futurum fuisse necessarium ad transfundendam iustitiam in filios, ut Deus aliam mulierem formaret, ut putat Anselmus nuper relatus; cum enim peccatum Evæ fuisset tantum personale, non obfuit iustitia filiorum.

S. V.

Quid si nec Adamo, nec Eva peccantibus, peccasset autem aliquis posterorum?

LI. Dico. Si nec Adam, nec Eva peccassent, peccasset autem aliquis Posterorum, it non transmississet peccatum in Posterorum. Ita probabiliter sentiant Bellarminus lib. 4. de Amis. gratia cap. 22. Medina in 1. 2. qu. 81. ad art. 5. Becanus de peccato orig. cap. 9. & alii, colligunt ex doctrina D. Thomæ supra tradita. Si enim Eva peccante, & non peccante Adamo, non fuisset transfusa originalis iniustitia in Posterorum; multo minus si nec Adamo, nec Eva peccantibus, aliquis Posterorum peccasset, eum peccatum illius non fuisset peccatum Capitis, sed persone.

LII. Confirmatur. A solo Adamo derivatur peccatum originale in parvulos, five parentes proximi boni sint, five mali; ergo similiter ex eo solo derivata fuisset iustitia originalis, five parentes proximi peccassent, five non: quia soli Adæ datum fuit præceptum pro tota posteritate, & collata fuit iustitia in Posterorum transfundenda. Quemadmodum ergo

quia causa nostra sanctificationis est Christus, sanctitatem, & gratiam recipimus, etiam ministrari, per quos conferuntur, mali sunt: ita quia Adam esset Caput quod iustitiam transfunderet, eam si non peccasset, transfunderet, quamvis parentes proximi essent peccatores. Neque absurdum est, quod peccatores generent iustos, sicut neque absurdum est, quod modo parentes iusti generent filios peccatores, & Carilliani non Christianos; quia filii gentium iustitiam non habent ex eo, quod acciperent a parentibus proximis, sed ex eo, quod ab Adam acciperent: & modo filii non sunt peccatores ex eo, quod a parentibus proximis, sed ex eo, quod habent ab Adam.

LIII. Sed dices. S. Thomas qu. 1. de Malo art. 4. ad 8. videtur expresse oppositum docere. Ait enim: Si ergo aliquis ex peccato Adam peccasset, eo non peccavit, moretur quidem propter suum peccatum, sicut Adam mortuus fuit, sed peccati sui moretur propter peccatum originale.

Respondetur varie huic auctoritati. Bellarminus loco supra citato suspicatur, locum fuisse corruptum. Alii volunt, S. Thomam aliter sensisse in 1. 2. qu. 81. art. 2. dum ait: Impossibile est, quod aliqua peccata proximorum parentum... per originem transferantur. Alii, ut Gonet dicitur S. Thom. loqui, non ex vi legis de facto a Deo statuta constitutis solum Adam Caput morale totius posteritatis, sed ex vi alterius decreti, quo forte decrevisset, non peccante Adamo, constituere ejus filium caput morale.

LIV. Pro coronide queri potest: An si Adam peccasset solum postquam genuerat Cain, aut aliquem alium, iste, vel ejus filii contraxissent peccatum originale?

V. Secundo, quare non esse partem negativam. Nam peccatum originale non contrahitur, nisi per propagationem ex primo Parente peccatore; sed ille non propagavit ab Adam peccato, cum esset propagatus ante ejus peccatum; ergo &c. Cui consonat dictum S. Augustini in Pli. 84. nu. 7. Et enim peccata parentum non pertinent ad filios, qui se peccatis parentum, jam nati filii. Jam enim nati filii ad se peccatis, & parentum ad se peccatis. Ex quibus sic dicitur: Filii jam nati iusti, & innocens, iustitiam amittere non possunt, nisi propria voluntate: sed filii ex Adam nati antequam peccaret, fuissent nati iusti, & innocentes, nec ipso peccante, ejus peccato consentirent; ergo iustitiam, in qua nati fuerant, non amitterent.

LIV. Quid vero dicendum sit de horum filii, majus dubium est. Videtur tamen quod nec illi contraxissent; quia non fuissent in lumbis Ade tunc, quando ipse peccabat: ideoque dici non possent, peccasse in Adam. Solum autem illi peccatum originale contrahunt, qui fuerunt in Adam tunc, quando peccabat; hi enim solum dici possunt peccasse in illo. Nec tamen videntur nascituri cum iustitia originali; quia eorum patres proximi, esto illam haberet, eam tamen haberet, ut donum personale, non ut tota nature communicanda; quia non esset illius Caput, neque ullus alius esset, a quo posset derivari. Non habent ergo peccatum, ex dictis, sed neque iustitiam originalem; quia nec eis non esset debita, nec a quo eam acciperent, adesset.

QUESTIO VIII.

De Peccato Originali quantum ad suam essentiam.

Existentiali, & propagationem originalis peccati, quantum nobis licet, explicavimus. Nunc ad ejus essentiam investigandam recto ordine progredimur cum Div. Thom. 1. 2. qu. 82. qu. 4. de Malo art. 2. & alibi. In qua eliminatis erroribus, quantum ex Catholicorum opinionibus eligenda a nobis videatur, exponemus.

DUBIUM I.

An Peccatum Originis sit ipsa substantia anima?

S. I.

Resertur error quidam, & refutatur.

I. Errores, qui in statuenda essentia peccati originalis variis temporibus prodierunt, comprobant verum S. Augustini dictum lib. 1. de Moribus Ecclesie Caroli, cap. 12. ubi de antiquo peccato ait: Quo nihil est ad predicandum nocius, & nihil ad intelligendum secretius.

II. Aliqui ergo, referant Guillelmo Parisiensis lib. de Virtutibus, & peccatis cap. 5. Fervent dicitur: animam humanam naturaliter diligere corpus, & desiderare conjunctionem ipsius; & propterea, dum eidem conjungitur, cum gaudio amplecti corpus, utinamque ei conjungi, quem debet; & quia in origine sua, & nostra hoc facit, ut dicunt, humana anima, originale peccatum dicitur, quo peccat nimio isto gaudio, & complexu, quam debeat, arctiori. Hac Guillelmus.

III. Quem errorem duobus modis evidenter destruo ex eodem. Primo. Quia in hac positione peccatum originale non est habituale, & propagatione contrarium ab Adam, sed peccatum actuale; cum & desiderium illud, & gaudium, & amplexus actus sint. Unde in hac positione anime nostre actualiter peccant in nostri origine, seu in ipsa conjunctione ad corpora nostra: atqui hoc est evidenter falsum; ergo &c. Min. prob. Vel enim ponunt, animas fuisse ante conjunctionem ad

corpora, ut Plato, Pythagoras, & Origenes; & hic est error contra Catholicam veritatem, quem superius refutavimus. Vel non ponunt esse fuisse ante conjunctionem hujusmodi; & ita cum in instanti sui creationis jungantur corpori, in eo instanti, quo creantur, peccant. Quod autem in primo instanti non peccent, superius impossibilem judicavimus de Angelis. Deinde, cum peccante anima committitur peccatum nos, sequeretur, quod postquam in utero matris, immo in ipsa natura conceptione actu peccemus, multo magis iam nati, & fortius, dum adiret etiam propinquamus; & sic, quod contra sensum peccemus, quia continuo anima nimium amat, & amplectitur corpus.

IV. Quod si dixerint, peccare nos quidem in puncto conceptionis, non autem postquam sapientiores, & capaces boni, vel mali in puncto illo, & in utero matrum, quam natos, quam in cubulis, & quam usque ad quadriennium, immo in aliquibus quam usque ad septennium.

Contra. Ergo saltem, quando post septennium scimus de conjunctione anime nostre, ejusque dilectione erga corpus peccamus, Præterea, quia scientia in utero matris post hoc sciunt parvuli, quod postea nati didicunt? Non doctrina; quia anima ante conjunctionem cum corpore non supponitur aliquid per doctrinam didicisse, ne incidamus in errorem Platonicis, & Pythagoræ. Non revelatione: nam hoc, quod cum singulari legitimum datum Joanni Baptiste, quod fundamentum omnibus datum asseritur, & non ad sanctificationem, sed ut illis sit occasio peccandi? Non naturali scientia: nam hæc quomodo potest esse in illis, qui nec intellectus, nec rationis usus adhuc capaces sunt?

V. Secundo. Quare anime ad peccatum imputatur vel desiderium, vel amplexus corporis sui? Cur ei peccatum erit gaudere de illo, propter quod est creata. An ut anima, ut sit in corpore, & ut in corpore sui complementum accipiat, creatur? Si peccatum non est anime gaudere de dato filio, oculo, vel pede; cur peccatum illi erit, gaudere de toto, nempe corpore? Forte ei imputabitur, quia nimium. Sed cur ei non imputabitur gaudium, quod sentit, dum in cubilibus labia mammillis admoveat, de quo certe plus gaudet? Forte imputabitur, quia cum sentiat corruptionem in carne, illam nihilominus diligit, & amplectitur? At hoc quomodo contingit in illa ætate, in ventre Matris, cum hoc proventus, & sensibus vix apprehensibile, & suscipibile sit? Sed in hac constanda infantia tempus non teramus.

S. II.

Resertur error Illyrici refertur.

VI. Matthias Flaccus natione Illyricus Rigidorum Lutheri, quorum Corypheus, quæ ad Doctrinam, & Scripturas Lutheri, qui ut divina suspicabat oracula, ne in vocula quidem, aut syllaba dissentiendum esse mordicus fulmineret, propterea Aristidæus dicitur, qui mollium Lutherianorum hominis impetabilis; celebrum quoque Centuriarum Magdeburgensium (quas, ut recelleret, annales suos adornavit Ecclesiasticos Cardinalis Baronius) præcipuus compilator, singularem errorem, quem plurimis scriptis pertinaciter propugnavit, hunc habuit, quod Peccatum originale sit ipsa anima rationis substantia. Unde Lutherani, qui in ejus errorem vive runt Substantialista nuncupati sunt.

VII. Docuit ergo Illyricus in libello de Peccato originali, illud non esse accidens nature superadditum, sed ipsammet anime rationalis substantiam, ipso Adami peccato substantias liter vitiatam, & ex imagine Dei, quam in creatione accepit, in imaginem Diaboli transformatam. Hunc errorem ebibit Illyricus ex doctrina Magistri sui Lutheri qui Tom. 6. in caput 3. Gen. ad illa verba: Tunc aperti sunt (seu; ut ipse vertit, aperiebant) oculi amorem, postquam reprehendit Scholasticos afferentes, quod iustitia originalis non fuerit contraturalis, seu de natura hominis, sed donum nature superadditum; & conatus fuit ostendere, iustitiam fuisse ipsam naturam hominis, ita ut natura Ade esset diligere Deum, credere Deo, agnoscere Deum &c. tandem pro inconvenienti adducit, quod si iustitia non fuit de essentia hominis, nec peccatum erit de essentia hominis, & non (inquit) sicut ponis, iustitiam non fuisse de essentia hominis; ita etiam sequitur, peccatum, quod successit, non esse de essentia hominis? Sentit ergo Lutheranus, peccatum originis esse de essentia, seu de substantia hominis.

VIII. Idem invidet Tom. 3. in illa verba Psalmi quo. Ecce animi in iniquitatibus conceptus sum &c. dicens: Non enim (David) de operibus quibusdam, sed de materia simpliciter loquitur, & dicit: semen humanum, massa illa, ex qua formatur sum, tota est vitio, seu peccato corrupta. Materia ipsa est vitiosa, licet illud, ut sic dicam, ex quo hoc vasculum fingi capit, damnabile est... ipsa conceptio, ipsa augmentatio factus in utero, antequam nascimur, & homine esse incipimus, est peccatum.

Sane si tota massa corrupta est peccato, si conceptio &c. peccatum est, sequitur, quod peccatum sit hominis substantia; ut nihil in ea sit, nihil ab ea prodeat, quod peccatum non sit. Hæc adducere volui, ut ostenderem, quantum hallucinetur Lutherani quidam, dum ab hoc errore Lutherum, immo & Illyricum ipsum purgare contendunt. Qui tamen, ut Bellarminus observat, lib. 5. de Animi Grat. & sicut pecc. cap. 1. dum alios purgare conatur, ostendunt se eadem sorte inquinatos. Sed errorem, quajuscumque sit, refutemus.

S. III.

S. III.

Resertur error Illyrici refutatur.

IX. Dico. Peccatum originale non est substantialis anime corruptio. Probo primo. Nam hæc Illyrici positio destruit duos præcipuos ad fundamentales articulos fidei, quæ credit in unum Deum, & hunc omnium Creatorem. Destruit enim primum. Nam si quemadmodum homines modo sunt substantialiter injusti, ita Adam, & ejus Posterii (si in iustitia mansissent) essent substantialiter, & natura iusti, Adam, & homines ex eo prognati fuissent tot Di; cum esse naturaliter iustum, & substantialiter, & non ex accidenti dono, sic solius divinitatis character. — Item secundum. Facit enim Deum non esse Creatorem animarum hominum, sed Diabolum, quæ est hæres Manichæa.

X. Nec satisfacit Illyricus dicens, substantiam anime a Deo factam esse bonam, sed opera Diaboli factam postea fuisse malam. Nam quæsitio non est de anime, ut primo facta fuit a Deo in Adam, sed de anime opera Diaboli substantialiter transformata (ut ipse dicit) quæ eam fecerit, & quotidie faciat? Si enim Diabolus, ergo Diabolus aliquid substantie est creator, & non omnium Deus. Si Deus, cum anima sit substantialiter peccatus, ut ait Illyricus; ergo Deus est Auctor peccati originalis.

XI. Confirmo hæc ex D. Thom. 1. 2. qu. 79. art. 1. in arg. sed contra. Si substantia anime est peccatum, Deus illam odit: dicitur enim Sap. 14. ver. 9. Odis sumus Deo impius, & impius est ejus; sed quæ Deus facit, non odit. Sap. 11. ver. 25. Nihil odisti eorum, quæ fecisti; ergo &c.

XII. Quia vero dicebat Illyricus, istam substantiam, quæ est anima, totam esse a Deo propagantem, & conservantem naturam, totam a Diabolo, qui eam vitiat; & nec Diabolum esse creatorem illius substantie, sed eamque transformantem de bona in malam. Quemadmodum muliercule hæc transformant in caelum, vel baryrum, sive vinum in acetum, quin creatrices substantie sint.

XIII. Peccatum est. Nam si Deus hanc naturam, quæ in substantia peccata est, propagat, certe Deus Auctor erit peccati: quid enim aliud est propagare, & conservare peccatum, quam esse auctorem peccati? Ergo vel hæc natura a Diabolo est, non a Deo; vel si a Deo, jam Deus verus, ac bonus est, aut auctori mali, quod nec Marcion, nec Manichæus auti sunt affirmare, ponentes idcirco duo principia, bonam, & malam. Immo sequeretur, non solum Deum, sed & parentes proximos causam esse peccati originis; illum creando animam, quæ substantialiter est ipsum peccatum; ipsos vero hoc corpus generando; & utrumque naturam, quæ nesciam vitiatam, sed vitium est, propagando; ergo adhuc conjungi erit per se peccatum, quia causa peccati, & nutritrix peccati, & damnanda, qui erit Diabolus creator.

Præterea. Si Diabolus naturam, a Deo creatam bonam ab initio, ita depravavit, ut de bona facta sit substantialiter mala, & substantia bona perierit; ergo natura, quæ modo substantialiter mala producta, est opus Diaboli, non Dei. Vel si Dei, ergo Deus facit opus Diaboli. — Neque juvant alia exempla. Nam hæc, vinum, & similia res corruptibiles, & transmutabiles sunt ab homine naturalibus causis: ac anima, & res spirituales non sunt substantialiter mutabiles de una in aliam speciem, quia materia creata, sed a Deo creata, substantia facta est mala, non aliter fieri potuit, nisi quia anima substantialiter bona redacta in nihilum, facta sit a Diabolo alia anima substantialiter mala, utique ex nihilo. Deinde: Animæ partes non habet, ut secundum unam manere possit, secundum aliam destrui, indivisibilis enim est; ergo si anima opera Diaboli de bona fuit substantialiter transformata in malam, anima sic a Diabolo transformata, est diversa tota: ab anima facta a Deo.

XIV. Probo secundo. Div. Paulus Roman. 7. ver. 17. ait: Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, ver. 18. Scio enim (inquit) quia non habitar in me, hoc est in carne mea bonum. Et ver. 20. Si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. In hoc loco, secundum doctrinam Lutherianorum, nomine peccati intelligit Paulus concupiscentiam, quam ipsi dicunt esse formaliter peccatum originale. Ex his ergo sic. Peccatum, quod Lutherani originale esse dicunt, non est secundum Apostolum ipse homo, sed in homine habitat, & non in mente, sed in carne ut conditio, a mente, & ut repugnans legi mentis (ut ait ibi ver. 23.) sed quod in aliquo habitat, non est illud, sed ab eo distinctum; ergo peccatum originale non est caro, multo minus mens, cum in mente non habitet, sed in carne.

XV. Nec valeret si diceret, Apostolum de se hoc optime dicere potuisse; erat enim justificatus a peccato. — Nam, ex communi Lutherianorum sententia, peccatum originis non ita remittitur in justificatione, ut amplius non sit; sed ut non amplius impetetur. Immo D. Paulus, qui jam justificatus erat, adhuc tamen dicit in carne sua habitare peccatum, quod de peccato originali Lutherani exponunt: cum ergo Paulus afferret, se habere mentem bonam, Illyricum damnat, qui peccatum originis, non tam in mente, quam mentem ipsam esse peccatum somniat. Hinc.

XVI. Testis probo sic. Si peccatum originis est ipsa substantia anime, Tom. 1.

stantis anime, vel homo essentialiter mutatur in Baptistam, & in Resurrectione gloriosa, vel sequitur peccatum originale nunquam elui neque in Baptis, neque in Resurrectione gloriosa; & sic aliquid inquinatum introire in Regnum Dei, & solum dixisse Paulum Rom. 8. ver. 1. Nihil ergo nunc damnationis est illi, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulavit. Et S. Joann. Epist. 1. cap. 1. ver. 7. Juxta Jesu Christi Filii ejus emendat nos ab omni peccato.

XVII. Quarto probo. Non magis anima vitiatu peccato originali, quam quocumque peccato actuali mortali: sed peccata actualia mortalia animam substantialiter non vitiant, neque mutant, alias quoties homo peccaret mortaliter, substantialiter mutaretur, & esset substantialiter diversus a se, antequam peccaret; ergo &c.

XVIII. Hanc veritatem firmant SS. Patres. S. Basilius Orat. quod Deus non sit Auctor malorum. Nazianz. Orat. in S. Basilis. S. Epiphanius Hæres. 37. S. Ambrosius lib. 2. Hæresimoron, cap. 8. S. Hieronymus Epist. ad Crescencium uno ore malum, seu peccatum non esse substantiam afferentes. Et S. August. passim, præsertim lib. 7. Confess. cap. 17. ubi ait, id, quod omni bono privat, & proflus malum est, nihil esse. Unde infert: Ergo quædam sunt, bona sunt; ergo quædamque sunt, bona sunt; Malumque illud, quod quædam unde esse, non est substantia, quia si substantia esset, bonum esset. Ita D. Thom. 68. Serm. nu. 5. Iniquitas (inquit) ipsa non est substantia, non enim iniquitas est natura, quam formavit Deus, sed iniquitas est corruptio, quam fecit homo. Vitia naturarum substantias esse, ut errorem Manichæorum detestatur lib. 1. Oper. imperf. contra Julian. cap. 65. Ad intelligendum, originale peccatum differendum esse inter naturam, & vitium; nec putandum naturam malum esse, neque vitium naturam esse, docet lib. 2. contra Julian. cap. 181. & lib. 6. cap. 16. & alibi videndus.

S. IV.

Illyrici fundamenta.

XIX. Errorem suum auctoritate Sacre Scripturæ primo conabatur tueri Illyricus. Ajebat enim, istam, dum peccatum originis describit, ut verber substantiam experimentibus. Genesis enim 8. ver. 21. juxta Hebræicum textum legitur: Signamentum homini cordis malum est ab adolescentia Deus; ergo massa ipsa, seu substantia cordis est mala. Rom. 6. ver. 6. Vitia nostra peccatum simul crucifixus est, ut destrueret corpus peccati; ergo peccatum substantia est, cum dicitur homo vitiosus, & habens peccatum. Et ver. 12. Nunc ergo regnet peccatum in vestra mortali corpore, ver. 14. Peccatum vobis non dominabitur. Si ergo peccatum regnat, si dominatur, aliquid substantiale erit.

XX. Confirmabat ita. Imago Dei in homine non erat accidens, sed substantia; sicut enim dicitur Gen. 1. ver. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ita Gen. 5. ver. 3. de Adam dicitur: Et genuit ad imaginem, & similitudinem suam, utraqueque nomen ejus Serb; sed cerum est solum esse imaginem patris, non secundum accidentis solum, sed secundum naturam substantie; ergo homo conditus fuit ad imaginem Dei, etiam in substantia. Atqui homo peccando amittit similitudinem, & imaginem Dei, & transivit in imaginem, & similitudinem Diaboli, Joann. 8. ver. 44. Vos ex patre Diabolo estis. Et ad Coloss. 3. ver. 9. & 10. Expolietes vos veterem hominem cum actibus suis, & induite novum. Secundum imaginem ejus, qui creavit illum; ergo homo de imaginem Dei transformatus fuit in imaginem Diaboli secundum substantiam, & factus est alius homo.

XXI. Respondet, negando omnes Illyrici consequentias. Si enim modum loquentis Scripturæ ad rigorem vocum in omnibus accipere voluerit, multa admittere cogitur absurda; Deum habere manus, pedes, oculos, corpus &c.

Ad primum ergo dico, per signamentum cordis non intelligi substantiam cordis, sed operationes ejus, quæ in se fingit, & facit. Unde Vulgata nostra legit, non signamentum, sed sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona fuit &c. Dico autem, quod intelligitur ipsa cordis substantia, non sequitur; eam per substantiam esse peccatum, sed a peccato denominari, seu operatione mala, quamvis operatio mala aliquid substantiale non sit: sicut homo dicitur infirmus per infirmitatem, & doctus per doctrinam, quamvis neutrum substantia hominis sit.

Ad secundum dico, per veterem hominem significari vitam veterem, seu actiones veteres. Nec homo vetus alius est a novo homine alietate substantie, sed alietate operationum, sicut 1. Reg. 10. ver. 6. dixit Simeon Samuel: Mutabitur in vitam alium. Ly autem, ut destruat corpus peccati, non indicat, peccatum esse, vel habere corpus; sed destruit corpus peccati idem est ac dinceps nullum peccatum admittire. Unde subdit Paulus: & ultra non servetis peccato. Immo ibi sermo est de peccatis actualibus, quæ certe corpus esse Illyricus non dicit.

Ad alterum Apostolicum dictum respondeo, ibi dici peccatum regnare, & dominari, eo modo, quo in superbo regnat superbia, & avaro avartitia dominatur, quæ certe substantia non sunt, sed accidentia. Regnare autem, & dominari dicuntur, quatenus inclinant hominem ad actus sibi conformes.

XXII. Ad confirmat. concedo, imaginem Dei firm esse in substantia hominis; nego tamen hinc per peccatum fuisse